Warnkross, Maximilianus
De Paroemiographis
capita duo

DE PAROEMIOGRAPHIS CAPITA DUO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIUERSITATE

GRYPHISWALDENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE IV MENSIS OCTOBRIS ANNI MDCCCLXXXI

H. XII

UNA CUM SENTENTIIS CONTROUERSIS

PUBLICE DEFENDET

SCRIPTOR

MAXIMILIANUS WARNKROSS

POMERANUS.

ADUERSARII ERUNT:

FR. MUENSTER, CAND. PHIL.

H. DE ARNIM, CAND. PHIL.

M. JAEGER, STUD. PHIL.

GRYPHISWALDIAE, MDCCCLXXXI.

ADOLPHO KIESSLING

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

PIETATIS ERGO.

Caput primum: De Zenobio.

1. De genuino Zenobio.

Certo iam inde ab efflorescentibus litteris contenderim maxime homines delectatos esse uerbis facete iucundeque dictis, siue poëtae audientium animos eis mouere siue philosophi summam quisque sapientiam eis committere studebant. Nec fieri potuit quin huiusmodi uerba uel dicta faciliore sermone [1]) expressa omnium ubique hominum ore ferri coepissent origineque oblitterata nemini non essent in promptu.

Poëtae igitur ei qui praecipue hominum animis imponere uolebant, non mirum est quod talibus dictis erant referti, id quod nos quoque cognoscimus ex Sophronis Epicharmi Aristophanis uersibus. Maximam enim operam nauabant in eis usitandis, quamuis nulla alia causa mouerentur nisi ut legentibus uel audientibus satisfacerent. Aliud tandem egit Aristoteles uir ille doctus, qui omnibus litterarum partibus eodem studio fauebat atque has primus condidit illas ante ceteros protulit. Hic igitur collegit etiam prouerbia, origines eorum explanauit, itaque et fautor et conditor extitit huius sermonis quam usitatissimi studii. Neque uero deerant qui statim his studiis detrectare conarentur, inter quos aduersarios Aristotelis in hac quoque re excellebant Isocratis asseclae. Cephisodori saltem Isocratei nomen tradidit nobis Athenaeus II, 60. D, qui Aristotelis in hoc studio operam castigauisset. Nec

1) Hanc in rem primus docte inquisiuit Meineckius in editionis Theocriti carminum tertiae calce. Multa prouerbia adiecit Nauckius in Annalium Petropol. (Bulletin de l'académie de St. Pétersbourg. tome XIII) pag. 373.

tamen prohiberi potuit, quin hoc studium, ut primum erat conditum, magis magisque uirorum doctorum animos delectaret ac ‚de proverbiis' [2]), περὶ παροιμιῶν, scribere in saeculis tertio altero, cui aetati omnia fere praecipui pretii studia deberi inter nos omnes constat, non tam insolitum esset.

Sed praeter paucas de singulis prouerbiis sententias horum uirorum, Aristotelis, Theophrasti, Clearchi, Chrysippi — Dionysodori Troezenii — Demonis, Aristophanis Byzantii, Aristidis [3]) nihil ex his libris superest neque ullus de hac re liber a. C. scriptus aetatem tulit. Quaecunque huius generis paulo ante hunc diem seruata manibus nostris terebantur et Zenobius et Diogenianus praecipue complecti uidebantur, scriptores alterius p. C. saeculi, editores et ueteres et recentissimi satis habuerunt una cum pauculis aliorum compilatorum reliquiis Corpore quodam Paroemiographorum coniungere. Neque eorum intererat, unde singulae prouerbiorum collectiones essent oriundae perquirere, sed omne pondus in Zenobio conlocabant, cuius librum ut erat traditus arbitrabantur e libris cum Lucilli Tarrhaei tum Didymi totum pendere. Huius uero de Zenobio nostro iudicii fundamentum prorsus euersum esse mihi uidetur nouis quibusdam auxiliis grauissimis, quae Franco-

2) quorum natura, primitus simplicissima, magis magisque degenerata eo tandem deuenit, ut aut loci quidam scriptorum uel poëtarum paullulum inuersi communi potius usui adaptarentur aut non tantum res memoria dignae sed suum quaeque fere historiola praescriptum ederet, quamobrem tale prouerbiorum genus uernaculo sermone recte cum Buechmanno nominari potest ‚geflügelte Worte'. — Hac de prouerbiorum natura multi docte iudicauerunt, ueluti Prellerus in libri ‚Polemonis Periegetae fragmenta Lipsiae 1838' pag 194 § 23, uel Naberus in praef. ad Photium (Leyden 1864) pag. 42, uel Nauckius in Annalium Petropol. supra commemoratorum pag. 369.

3) Vide praefationem ‚Corporis Paroemiographorum' (edit. a Leutsch. et Schneidewin. Götting. 1839) compositam a Schneidewino. Ut hoc loco adiungam, quod editorum non fuerat, quoniam graecorum studia pertractabant: apud Romanos primus atque unus huic litterarum parti operam nauauit Sinnius Capito (cf. commentationem quam scripsit de eo M. Hertz.) qui graecos secutus suos aeque poëtas praecipue perquisiuit ex eisque prouerbia conlegit. Haud prorsus reiciendum uidetur, quod Kiesslingius mihi suppeditauit, fortasse Sinnium ad has res esse ductum Didymi studiis.

Gallorum uiri docti duo, Miller[4]) et Graux[5]) comparauerunt.


Uterque enim prouerbiorum conlectionem e tenebris bibliothecarum traxit, alteram e cella monachica prope Caryas Athoas sita, alteram e bibliotheca Scorialensi (Σ—I—20). postquam iam per Millerum antea hic codex obiter innotuit.

Descripsit codicem suum Millerus in litteris ad A. Fresenium datis adcuratius quam in praefatione ipsius collectionis. Fresenius eas in librum recepit, cui inscribitur ‚de Λέξεων Aristophanearum et Suetoniarum excerptis Byzantinis (Aquis Matthiacis 1875)', unde liceat repetere quantum ad prouerbia pertinet (pag. 46). Quaternio codicis quintus[6]) complectebatur, ut alii, octo folia, quorum duo et dimidium primam conlectionem continent ex quattuor illis, quae in hoc codice leguntur. Sequitur igitur in fol. 33. v. lemmatum alterius collectionis enumeratio; talia enim ante unam quamque prouerbiorum partem extant. Desunt deinde duo folia, etsi fol. 36 quinto decimo demum prouerbio conlationis alterius initiatur. Recte iudicauit Fresenius: „Folia chartae linteae, 34 et 35 (sc. quae a posterioris hominis manu inserta sunt), dubitari nequit, quin eo consilio insuta sint codici M, ut prouerbia desiderata si fieri posset, supplerentur[7]).“ Nota autem sunt ista prouerbia quae desunt, e lemmatis praefixis. Fol. 36 et 37 perficiunt seriem alteram, atque in fol. 38. r. lemmata conlectionis tertiae extant, quorum septendecim in fol. 38. v.

4) in libro ‚Melanges de littérature grecque' Paris. 1868 inscripto (p. 341 sqq.).

5) in annalibus qui uocantur ‚Revue de philologie de littérature et d'histoire anciennes' (II p. 219 sqq.).

6) Constat e foliis 31. 32. 33. [34. | 35] 36. 37. 38.



7) Nimis anxie pergit „utrum autem folia lintea pro bombycinis antea eadem de causa uacuis relictis substituta sint an quaternio initio ex foliis sex tantum compositus fuerit, in medio relinquo“. Equidem priorem sententiam sequor, quia totus codex quaternionibus est compositus; nam quod in primo et quarto quaternione septem tantum folia inueniuntur, non obstat, nec quod ultimam codicis partem (fol. 47. 48) plenum quaternionem efficere scriptor codicis noluit.

explicantur; cetera quaternione insequente evulso perierunt. Item deest initium seriei quartae, quae excipitur ac perficitur, quantum quidem auctor eam perfici uoluit, foll. 39 et 40. v.

Quaternionem istum, qui in cod. 17 desideratur, maximam partem facile reficere possumus. Habemus enim eandem prouerbiorum conlectionem quadripartitam in cod. L(aurentiano) 80, 13[8]), alteri plane gemello: uterque enim codex praebet Maximi Planudis (XIV saec.) ‚carmina Catoniana graece uersa[9]); seruauit deinde cod. L loco XIII prouerbiorum conlectionem tertiam (Mill. p. 369—375) β'—ϱοε', nisi quod quadraginta quattuor omisit, loco XV Zenodorea, Suetoniana, Aristophanea, quae eadem praebet cod. M, loco XVI ‚λέξεις Πλάτωνος' (cf. item cod. M), loco XVIII, prouerbiorum alias quasdam sectiones, primo conlectionem Mill. quartam[10]), deinde primam, denique alteram inde a prov. 15. Tertia tantummodo conlectio ex hisce prouerbiis iam typis expressa est primum a Iac. Gronovio, nunc in ‚Corporis' vol. I, ubi fertur sub nomine Plutarchi[11]), qui conlegerit prouerbia quibus

8) cf. Bandini III p. 203 et Fresenii pag. 8.

9) Tertius quoque codex, ab Augerio Busbeckio olim Constantinopoli comparatus, Vindobon. CXXXIII (vid. Lambecium VII p. 525 sq.) loco 27 praebet ‚Catonis disticha paraenetica a Maximo Planude, monacho Const., in graecam linguam translata et uel ab eodem uel ab Anonymo quodam Scholiaste Annotationibus graecis marginalibus et interlinearibus illustrata', loco 28 ‚Collectionem prouerbiorum ordine alphabetico Ἀγαθώνειος αὔλησις, ἀγαθὴ καὶ μέση καὶ καλή· Ἀγάθων γὰρ . . .', loco 32 Diogeniani prouerbia illa a Leutschio in ‚Corporis' vol. II typis expressa.

10) Incipit ‚Ἅβρωνος βίον βιοῖ'. — In fine lemmatum ordo aliqui immutatus est. — Ceterum vel hic lemmatum index extat in paenultima codicis L pagina.

11) Talia ‚collectanea Plutarchi' usurpasse uidetur Desiderius Erasmus: vide praef. Schneidewini p. XXXI; nam quae exempla adfert ex Appendice i. e. e codd. BV item reperiuntur in collectione Milleriana, quae Laurentiano cod. persimillima est: App. II, 54 (M. I, η') 55 (I, κϑ') 76 (I, λγ') IV, 95 (I, οζ') V, 43 (I, ογ'). [Diogen. IV, 95^{b} nec cod. B nec V habet nec Erasmus tale quid in vol. I, 9, 74 adnotat. —] neque illud deest, quod Schneidewinus refert p. XXXVI nam inuenitur prov. ‚Ἀλώπηξ διαφυγοῦσα πάγας οὐχ ἁλίσκεται' in Milleri coll. IV (p. 378): utique Schneidewini opinio, de uero Plutarcho esse cogitandum, prorsus est abicienda.

Alexandrini usi essent. Hoc igitur titulo qui plane morem falsariorum redolet qui ipsorum libros compilatos nominibus inlustribus substitutis exornant [12]), traduntur nobis prouerbia satis multa, quae omnia in Milleri serie tertia leguntur. Atque adcuratius conlatis hisce duobus codicibus certissima ratione consequemur, utrumque propter eundem prouerbiorum ordinem arctissima adfinitate coniungi, neque uero alterum ab altero pendere; nam quamuis in prouerbiis pseudo-Plut. quadraginta quattuor quae in cod. M leguntur, desint, cetera omnia retinuerit cod. M, tamen quicunque priora tantum lemmata eorumque explicationes comparare coeperit, intelleget nihil nisi fontem utriusque codicis fuisse communem [13]). Hoc idem comprobauit etiam Fresenius (p. 43 sqq.) tribus illis conlectionis quartae prouerbiis, quae pleniora exhibet cod. L, nec quisquam hoc ita esse negabit, qui codicis M indolem perspexerit, cuius ipsius scriptorem operam excerpendi et breuiandi subisse adparet multis illis notis margine adiectis (vide Milleri adnotationes) quamquam hac in re non multum culpae scriptori codicis M tribui uelim.

Accedit quod alio quodam prouerbiorum codice nuper detecto et edito adcuratior etiam efficitur codicum stemmatis tabula. Frater enim codicis L est cod. Σ, de quo perperam iudicauit Graux, quia naturam eius non perspexit. Cum enim summam eius esset depicturus, his uerbis usus est: „Les deux auteurs que le compilateur a surtout mis à contribution sont Zénobius et Suidas. Tous les autres parémiographes du Corpus de Schneidewin-Leutsch, à savoir Diogénien, le Pseudo-Plutarque, Michel Apostolius, Arsenius, Macarius Chrysocéphale, ainsi que les manuscrits qui ont fourni la matière de l'Appendix et de la Mantissa Proverbiorum du Corpus; puis

---

12) vide Schneidew. praef. XXXV sq.

13) „Neque aliter in ceteris partibus utriusque codicis communibus res sese habet. L eadem, eodem ordine disposita, eisdem uerbis expressa, eisdem uitiis inquinata praebet ac M, nisi quod permulta omittit, seruata in angustum cogit mutilatque. Uberiores doctioresque notationes magis mutilatae sunt quam exiles glossae, scriptorum testimonia constanter fere omissa.“ Fresenius pag. 38.

d'autre part, les lexiques de Phrynichos (!) [dans les Anecdota de Bekker] d'Harpocration, d'Hésychios, les scoliastes d'Aristophane et de Platon etc.: tels sont les principaux recueils, dans lesquels se retrouvent littéralement un nombre plus ou moins considérable de proverbes et d'explications contenus dans la collection de l'Escurial.“ Cui bono addit illos alios praeter Suidam et Zenobium auctores? Unde haec sibi sumpserit v. d. frustra quaeres. Sane nonnulla quidem fortasse auctoribus adhuc ignotis ut concedamus ipso codicis titulo permonemur, qui est ‚Συναγωγὴ τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου καὶ τῶν παρὰ Σούδᾳ καὶ ἄλλοις διαφόροις παροιμιῶν συντεθεισῶν κατὰ στοιχεῖον.' Sed uereor ne horum quoque adhuc nobis ignotorum plerique diffugiant, dummodo unum quidem Grauxii errorem recte correxerimus. Cur Pseudoplutarchum commemorat, quem cum codicibus Zenobianis esse componendum quis est quin statim cognouerit? Neque enim intellexit Graux auctorem codicis Σ intexuisse prouerbia cuiusdam codicis, qui aeque ac cod. M dispositus plane aequiparat codicem L, cuius pars est conlectio illa sub nomine Plutarchi nota: itaque non debebat distinguere Graux Pseudoplutarchum (no. 11ᵇ [14]). 57ᵇ. 71. 84. 91) [15]) a cod. Milleriano, quem adfert ad no. 42ᵇ [14]). 60ᶜ. 66. 68. 70. 74. 79. 80. 81ᵇ. 85: sicuti ubique inter cod. Mill. et Plutarchea prouerbia illud praecipue discrimen reperitur, testium nomina esse abscissa, item eis locis cod. Σ, ubi Graux Millerum adnotat, hoc accidisse uidemus, nec putabis tertiam tantum conlectionem codici qui Plutarchi nomen exhibuerit, ceteras alii codici deberi. Sic quattuor illas collectiones diligenter codicis Σ auctor adhibuit, quas si nobis fingimus auctoris nomine ornatas non fuisse, facile διάφοροι illi ἄλλοι explicari uideantur. Itaque usurpauit scriptor cod. Σ praeter codicem Zenobianum Parisi-

---

14) quem locum fortuito Graux praeteruidit; item 82ᵃ utique fluxit e cod. L.

15) De ceteris autem, plerisque quidem, proverbiis Plutarcheis, ut hoc nomine conlectionem tertiam cod. L significem, ex silentio concludi poterit, eadem ratione illa in cod. L et Σ legi.

num [16]) codicem alius generis Zenobianum, simillimum cod. L. Habuit hic item quattuor conlectiones, ac grauiter errauit Graux, cum dixit „nous ignorons, ce qui d'ailleurs est d'un intérêt secondaire, si *α* [sc. archetypus cod. *Σ*] présentait la même disposition à quatre séries que M.“ Receperat id quod maxime memoratu dignum est, quartam quoque collectionem illam turpiter laceratam: non contigit mihi, etsi operam dedi, descriptionem codicis L adipisci, sed certissime contendo multis locis, ubi nunc a Graux uocibus ‚*καὶ ἄλλως*' aut sine his noui aliquid alii cuidam fonti adicitur, latere collectionis quartae uestigia. Adnotatam habes Milleri conlect. IV quoad seruata est, ad 24^b. 25^b. 31^a. 33^b. 35—39. 40^c. 43^a. 44^b. 55. 58. 69. 75. 78; adde no. 94 cl. Mill. p. 378 infr., sed si no. 31^a perlegis et confers cum coll. IV apud Millerum initio, non dubitabis multa quoque alia huic prouerbiorum conlectioni addicere, uelut no. 1^b testem habet cod. L, cuius conlectio quarta incipit a ‚*Ἄβρωνος βίον βιοῖ*'.

Adcuratius de codicis mirum in modum compilati natura disputarem si mihi contigisset codicis L apographon nancisci. Nunc satis uerborum fecisse putabo dummodo adpareat, non tam cohaerere cod. *Σ* cum M quam cum L, etsi ne ab hoc ipso pendet sed ab archetypo, quod facile probant tituli prouerbiorum Plutarch. cum locis illis cod. *Σ* conlati, uelut

Plut. I, 48 . . . ἀπεπειρᾶτο πάλιν κτηθεῖν· ἐνὶ † τῇ χώρᾳ περιϊδὼν τινα βουκόλον ᾔτει τροφήν.	cod. Σ, 57 . . ἐπειρᾶτο πάλιν κατελθεῖν εἰς τὴν χώραν· περιπεσὼν γάρ (δὲ?) τινι βουκόλῳ ᾔτει τροφήν.
uel Plut. I, 12 Ὁ Κερκυραῖος μαστιγούμενος ἅμα αὐτὸν † ἠγρολάβησαι	cod. Σ, 71: Ὁ Κερκ. μαστ. ἅμα αὐτὸν ἠργολάβησεν.

Cod. M (III, 14) Ὁ Κ. μ. ἅ. ἁ. ἐργολάβηκεν.

---

16) quem ipsum adhibitum esse confirmat et no. 45 (cl. Zen. I, 17) et errores permulti, quos quem iuvat conligat e locis quos Graux enotauit ut noui quidquam ederet, sub no. 2^a. 5^a. 14^b. 15^a. 18^a. 19. 20^a. 21^a. 22^a. 25^a. 28^a. 30^b. 31^b. 33^a. 34^a. 42^a. 44^a. 46^b. 52^b. 57^a. 60^a. 65^a. 81^a. 82^b.

uel Plut. II, 8 . . . ὥσπερ τὸν ἀληλεσμένον βίον οἱ μὲν ἐπὶ τῶν πλάνητι βίῳ χρωμένων προσεδέξαντο· οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἀταλαιπώρως βιούντων, οἱονεὶ κατειργασμένων καὶ πρὸς τροφὴν ἑτοίμων.	Cod. Σ, 91: βαλάνητι[17]) κατειργασμένον καὶ . . . . . . ἕτοιμον.

Omnibus locis codicis Σ lectio commendatur prae altera ita ut archetypus demum idem esse possit. Num fuerit plenior quam cod. L, decerni uix poterit, priusquam cod. L melius innotuerit[18]): adhuc nequaquam hoc uideo. Sed illud est perspicuum illorum quattuordecim prouerbiorum quorum lemmata in M extant, ipsa in fronte libri alterius perierunt nec uolam nec uestigium in codicum L et α archetypo extitisse, quia codicis L conlectio altera statim a prov. 15 incipit neque a Grauxio de illis quidquam in cod. Σ repertum est.

Atque ut redeam ad quaestionem de cod. L supra iam peractam, nunc e cod. Σ cognoscimus (no. 44) satis superque primum et alterum[19]) illud a Fresenio (p. 44) adlatum exemplum comprobari: praebent enim

Cod. M p. 376, 14	Cod. L = Σ, 31ª infr.
Ἀνάγυρον κινεῖς. παρόσον[20]) τὸν τάφον . . . . ὑπέστησαν·	Ἀνάγυρον κινεῖς· τὸν γὰρ[20]) τάφον . . . . ὑπέστησαν: ἔστι δὲ ἀνάγυρος καὶ εἶδος δένδρου δυσόσμου (Σ: δυσώδους)
deinde cod. M p. 380, 3.	Cod. L = Σ, 44.
τούτου (sc. Βούτου) δὲ τὸ κράνος καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ μόνοι ἐφαίνοντο, τὰ δὲ λοιπὰ κρύπτεσθαι.	τὰ δὲ λοιπὰ ἐδόκει ὑπ' ὄρους κρύπτεσθαι.

17) Cf. Eustath. 1859, 47, qui cum codicis Σ scriptura congruit.


18) Ante omnia putarem no. 82ª, oriundum esse ex archetypo codicum L et α (cl. cod. Mill. II, ος' — hinc suppleas adn. 14); extat etiam in ceteris codicibus Zenob. P. B et in Steph. B. v. Θρῖα. Unde enim scriptor illud petere potuit, quoniam postea Zenob. codicem P adhibet, nisi ex illo archetypo? Recepit illud Suidas quoque, unde a codicis Σ scriptore petitum non esse prov. consuetudo huius auctoris comprobat, qui uerba fere non mutata describit. Suidas autem nostrum locum in breuiorem formam redegit.

19) de tertio nihil Graux adnotauit, quia sane nullius grauioris momenti est.

20) hocce uocabulum est mirae librarii M consuetudini tribuendum pro γάρ: cf. Fresen. p. 41.

Itaque hac disputatione nacti sumus huius prouerbiorum familiae codicem archetypum. Continuit prouerbiorum congeriem quadripartitam, quam optime, exceptis uidelicet nonnullis erroribus quos nemo qui excerptoris munere fungi studeat, effugere possit, repraesentat cod. M, qui etsi non tam stricte archetypi uestigia pressisse uidetur, tamen haud multum eum a uero libri Zenobiani ambitu aberrasse mihi persuasum est (cf. p. 5). Deerant sane in illo archetypo iam explicationes prouerbiorum 14 priorum conlectionis alterius, sed integra prostabat tertia conlectio et quartae initium, quod recte supplere nunc quidem nisi codicis L descriptione facta non poterimus, etsi e cod. Σ iam satis de initii forma iudicare licet; desiit haec conlectio in litteram B ac fortasse in hac re sequemur codicis L ordinem aliquanto immutatum, ita ut culpam mutationis cod. M tribuamus, uelut de aliis rebus idem demonstrauit Fresenius pag. 37.

Id denique nacti sumus, ut hanc codicum familiam depingere liceat hocce stemmate,



unde iam per sese consectaneum est praecipue nobis optimi cod. M habendam esse rationem de eoque esse agendum.

Quid complectatur demonstrat titulus qui est *[Ζηνο]βίου ἐπιτομὴ τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν.* Huius rei testis est Suidas s. v. *Ζηνόβιος, σοφιστής, παιδεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος. ἔγραψεν Ἐπιτομὴν τῶν παροιμιῶν Διδύμου καὶ Ταῤῥαίου ἐν βιβλίοις τρισίν. κ.τ.λ.* Nonne horum uerborum, quibus cur fides negetur nihil est, summa auctoritas est? Sane Schneidewinus quidem in praef. (p. XXIV) queritur ‚trium librorum nec ullam in nostris codicibus Zenob. significationem superesse', sed mox hoc scru-

pulo superato pergit 'Videtur Zenobius fuisse primus, qui prouerbia ex ordine litterarum disponeret, siquidem ad amussim exigenda est inscriptio libri, quae haec est: *Ζηνοβίου ἐπιτομὴ* (*ἐκ* Par.) *τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου συντεθεῖσα* (P.) *κατὰ στοιχεῖον*.' Quis est quin extemplo suspicionem illam adripiat, quam recte protulit Millerus in libri saepius laudati pag. 342: „Si comme cela paraît certain, j'ai retrouvé la collection originale de ce parémiographe, celle qui a été publiée sous son nom, n'est pas de lui, je veux dire que la première a servi de base à la seconde qui est pleine d'erreurs, d'anachronismes et d'interpolations, comme l'a fort bien prouvé M. Schneidewin [21])." Profecto si Zenobius prouerbia per saturam effudit, ut in codice Milleriano prostant, superuenisse qui per elementorum seriem ea disponeret, facile intellegimus; contrarium quomodo cogitari possit uix intellego.

At insunt in cod. M quattuor conlectiones prouerbiorum! unde sequitur titulum non spectare aut ad solam primam aut ad omnes quattuor? Haec si quis obiecerit, facillime potest refutari. Quis enim est, quem natura harum partium toto caelo diuersa fugiat. Millerus de hac re, ut manifesta, nihil disputauit, sed operae pretium est grauissimas huius opinionis causas proponere.

Ac primum quidem adparet auctorem quartae seriei studuisse litterarum initialium ordini; neque uero hac in re sibi constitit (cf. Mill. p. 381), et dubito num in hoc studio prouerbia conligendi atque secundum explicationis quandam similitudinem collocandi perseuerare uoluerit, quoniam inde a summa pag. 382 Mill. conlectio lexici magis institutum redolet scriptorque e uariis fontibus, plerumque e Suida seriem

---

21) Qui in transcursu tantum pag. XXV hanc rem tractauit. — Cur in Zen. IV, 32 cum Niebuhrio Menandrum Protectorem, Iustiniani et Mauricii Imperatorum aequalem, intellegi uelit nescio, cum idem nomen prostet apud Photium s. v. Θρᾶκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται nec Photius tam recentes homines adhibuerit neque Zenobianum librum nouerit, sed Pausaniae fere prouerbia. Schottus (in adn. ad Zenob.) de Menandro comico cogitauit, Wilamowitzius adsentitur C. Muellero (FGH IV, 938) qui nostrum locum inter Menandri Ephesii fragmenta recepit.

male compilatam lemmatum praebet, quae omni conexu carent. In priore autem parte prouerbia legimus partim ignota sed exigua, partim eis quae in Zenobianis codicibus inuenis similia sed prorsus diuersis explicationibus instructa. Volebat praecipue eiusdem significationis prouerbia componere, enarrationes singulorum parum curabat. Itaque quamquam in singulis rebus haec quoque codicis Milleriani pars alicuius momenti erit, tamen ad nostram quaestionem nihil adtinet. Imprimis autem a tribus quae eam antecedunt collectionibus plane segreganda est.

Reliquum igitur est probare has quidem tres collectiones diuelli non posse sed singulas unius corporis esse partes. Ac quale testimonium grauioris possit esse argumenti, quam hoc, in omnibus tribus collectionibus nullum prouerbium bis legi, si quattuor quidem exceperis, quae collocata sunt in fine coll. III atque iam his locis antea extant:

M. II, λα'	Κριὸς τὰ τροφεῖα'	III, ϱο'
III, λβ'	"Αιδε τὰ Τέλληνος	III, ϱοα'
	(= Zen. II, 15 P. cl. Plut. I, 27)	(= Zen. I, 45 P.)
III, μ'	Ἡ ἀφύη πῦϱ'	III, ϱοβ'
	(= Zen. IV, 25)	(= Zen. II, 32)
III, μα'	Ἀεί τις ἐν Κύδωνος'	III, ϱογ'.

Sed hos locos uides, ubi extensa uerba comparari licet, diuersis explicationibus non differre; et quoniam accedit quattuor illa prouerbia coniuncta extare paene in extrema coll. III, dubium non remanere potest, quin error aliqui accipiendus sit, quem quouis modo interpretari licet, et qui iam in archetypo omnium codd. Zenob. erat commissus, quia et cod. Laur. modo prius (Pseud.-Plut. I, 27) modo posterius (Ps.-Plut. II, 28. 29) sibi elegit, et cod. Zen. Par. alterum tertiumque exemplum duobus locis iam inuenerat et suo ordini inseruit.

Velut hoc modo ipsa ratione, quae in conformandis tribus collectionibus fuisse uidetur, arctus omnium partium conexus agnosci potest, sic idem negari nequit, si rationem quae in tractandis singulis prouerbiis inest, recte perspexeris ac comparaueris cum ea ratione quam librarii codicum ceterorum Zenob., quales a Leutschio-Schneidewino adhibentur, secuti

sunt. In unaquaque trium collectionum, quae fere totae in nostro Corpore Zenobiano eisdem enarrationibus instructae inueniuntur, maximus est numerus eorum prouerbiorum, quae multo maiore adparatu et uerborum et testium exornata, quantus est Zenobio Schneidewiniano, in omnibus partibus perinde praestant nostri Zenobii prouerbiis. Non opus puto quod contendi exemplis probare: perspicue Millerus id tantum, quod noui codex Athous detexit prouerbiorumque explicationibus adiecit, exscripsit typisque expressit, quare facilis fit conspectus omnium partium.

Unum adhuc proferre poterit qui pertinaciter mihi obsistere vult nec novum quendam Zenobium agnoscendum existimat. Optionem esse datam dixerit quispiam inter Zenobii et Plutarchi nomina, quorum alterum exhibet M alterum L [22]). Sed praeter ea quae praefatur Schneidewinus p. XXXV, id considerandum propono, codicem illi L gemellum, quem usurpatum esse a Σ librario supra uidimus, nomen auctoris non inuenisse uideri suprascriptum, quia scriptor cod. Σ fidus probusque id non commemorat. Quare eo uerisimilius fit suppositicium esse nomen Plutarchi in cod. L.

Sic omnibus difficultatibus reiectis reuera adepti sumus genuini Zenobii tres libros, quo numero Suidae uerba rata fiunt. Tantum uero abest ut nunc ceteros codices Zenobianos pro nihilo ducamus, ut hoc praecipue nostrum sit futurum dignoscere cuius sint pretii singuli codices in Corpore Paroem. laudati.

II. De interpolato Zenobio.

Constat inter nos Zenobianam epitomen aliquando secundum elementorum ordinem esse dispositam, nec latet qua de causa hoc factum esse possit: facilior commodiorque est talis prouerbiorum recognitio oculis quaerentibus. Quare ualde commendata est noua haec dispositio ad nostramque aetatem permultis libris manu scriptis permansit. At ut solet in libro nouis curis edito, librarius non facere potest, quin copias tra-

22) non tantum in coll. III, sed etiam in ceteris, si recordaris quid de Desiderii Erasmi codice disputauerim in adn. 11.

ditas de suo augeat, expungat quae superflua, addat ex aliis fontibus quae iniuria silentio praetermissa uidentur. Haec finge tibi non per unum sed complures deinceps librarios fieri, atque intellexisti naturam codicum Zenobianorum huius familiae interpolatae.

Hoc enim ante omnia tenendum est, uni familiae omnes eiusmodi codices tribuendos esse. Discedunt quidem codices iterum in duas partes: ab altera stant codex, quo exstructa erat editio Florentina (apud Iuntam 1497) tum P.(arisinus) 3070^{b} et H.(arleianus) 5663, quos cohaerere artissimis uinculis euincunt interpolationes ex Apollodori bibliotheca aliisque libris turpiter inculcatae. Ab altera parte stant codex B.(odleianus), supplendus interdum e cod. A (Parisiensi 1773), et V(aticanus), codices a Gaisfordo descripti[23]); quorum maximam partem constare e prov. Zenobianis omnes iamdudum concesserunt. Quod autem in uniuersum qui obiter tantummodo utrumque collectionum genus comparauerit, iudicet, Schneidewini uerba indicent (p. XXX): „Cum Zenobianis et Diogenianis prouerbiis arta intercedit cognatio collectionibus ex cod. Vaticano a Schotto, ex Bodleiano Parisinoque a Gaisfordo uulgatis. Quorum cum Zenobio maxime tantus plerumque est consensus, ut gemellum Zenobium te legere iures. Sunt enim uerba propemodum eadem, nisi quod solent leuiter dissonare uel accessione aliquot uerborum uel detractione Zenobianorum." Exstruxere igitur editores Zenobii librum, ut inde a prima editione solitum erat, in codicibus prioris generis, sc. codd. P.H.F., additamenta autem ceterorum codicum sub margine adiunxerunt aut in Appendicem Prouerbiorum recondiderunt. Sed hoc modo nihil profectum esse elucet. Contrarium potius postulabit, qui considerauerit omnia codicum P.H.F. fere lemmata praeter res absurde immixtas in cod. BV reperiri et interrogauerit, qua de causa cetera a BV prolata addubitentur in locaque separata reiciantur, nisi quae e Diogeniano esse hausta patet. Quis est quin concedat in enarrandis singulis prouerbiis codices BV multo ampliora et rectiora praebere quam codices deterrimos P.H.? Quis illam

23) Ipsam Gaisfordi editionem nancisci non potui, quoniam deest in bibliotheca academ. Gryph.

editorum rationem defenderit, si considerauerit ex uero Zenobio, qualem quidem codex Milleri nobis obtulit, in hoc solo cod. B seruata esse sed in Appendice legi haec prouerbia: App. I, 39. 50. 72. II, 9ª. 36. 54. 55. 61. 66. 76. 85. 99. III, 35. 49. 52. 91. 98. IV, 11. 16. 32. 38. 39. 51. 56. 71. 73. 77. 80. 84. 87. 92. 93. 94. 95. 97. V, 3. 16. 41. 43. Itaque plane alia uia progrediendum erat, cum ueteres isti codices Zenobii inter sese compararentur et ederentur. Atque quod nobis secundarii est momenti, quoniam editioni Zenobii prorsus aliud fundamentum est comparatum, illis editoribus primum esse debebat officium.

Conuenit igitur duobus codicum Zenobii interpolatorum generibus eandem esse originem, eundem archetypum, quare codicis M praestantia haud parum crescit. Nec tamen omne pretium his codicibus abiudicandum est. Pendet enim eorum archetypus a libro quodam Zenobiano, qui ea quoque prouerbia retinuerat, quae a codicibus alterius familiae non potuerant inuestigari, quattuordecim illa priora collectionis alterius[24]). Quae cum ita sint ac suspicari liceat in aliis item rebus hos codices PBV interdum aliquid praecipui prae cod. M praebere, tamen reminiscaris quid de codicis M fide supra iudicauerim ac teneas memoria, a quonam archetypo omnes illi codices pendeant. Ad hunc igitur transire nunc placet, cuius quaestionis caput id fortasse postulabis ut demonstrem uni archetypo codices BV.PH tribuendos esse. Liceat in hac quaestionis parte aliquantum morari atque hanc rem strictioribus indiciis confirmare. Ac primum si omnia quae protuli recte se habent, consequitur singula codicum BV prouerbia magis concinere cum P quam cum M, atque huius rei tria exempla proposuisse sufficiat. Nam longum est uerba singula[25]) aut lemmata[26]) omnia enumerare, quibus differant BVPH a M. Haec igitur sunt

24) praeter ipsum decimum quartum; decimum tertium extat in cod. B 511, V II, 17.

25) e. g. in M. I, γ' Ἡμέραν pro uoce absurda Μίϑραν, quam praebent Zen. V, 78 P.B.

26) e. g. in M. I, να' ‚Τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο' pro lemmate codd. BP in Zen. IV, 75 ‚Κωρυκαῖος ἠκροάζετο'.

I.

Zen. V, 95 P. Συστομώτερος σκάφης: παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς σκάφας φερόντων μετοίκων, διὰ τὸ ἀπαῤῥήσιαστον, οἷς οὐδὲ χανεῖν ἐφεῖτο. Τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥησιάζεσϑαι· ἐπειδὴ οἱ μέτοικοι σκάφας ἔφερον ἐν ταῖς πομπαῖς. Μέμνηται ταύτης Μέναδρος ἐν τῷ Εὐνούχῳ.

B 849. Σ. σκ. ἀπὸ τῶν τὰς σκάφας μεταφερόντων μετοίκων ἐπὶ ταῖς πομπαῖς, οἷς οὐδὲ χανεῖν ἐφεῖτο. λέγεται ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥησιάζεσϑαι.

V. III, 82. Σ. ληκύϑου: οἱ γὰρ μέτοικοι λοιδορούμενοι ὑπὸ τῶν φύσει Ἀϑηναίων οὐδὲ χάναι πρὸς τὰς λοιδορίας ἠδύναντο.

M I, νϑ'.
Συντομώτερον σκάφης: Ταύτην τάττουσιν ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παῤῥησίᾳ χρῆσϑαι· ἐπειδὴ . . . . πόμπαις· παῤῥησίας δὲ οὐ μετέσχον οἱ μέτοικοι. Μέμνηται ταύτης Μεν. ἐν τῷ Ε.

II.

Zen. IV, 69 P. Κροβύλου ζεῦγος: παροιμία ἐπὶ τοῖς ὑπερβαλούσῃ πονηρίᾳ κεχρημένοις ταττομένη. Μετενήνεκται δὲ ἀπὸ πορνοβοσκοῦ τινὸς Κρωβύλου ἑταίρας κτησαμένου δύο, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ ταύταις πολλοὺς τῶν νέων λυμαίνεσϑαι ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ἔκλεπτεν ἐλυμαίνετο. Τοὺς οὖν ἴσους τῇ ἐκείνου πονηρίᾳ ὡς δύνασϑαι συζευχϑῆναι αὐτῷ ‚Κρωβύλου ζεῦγος' ἔλεγον. Ἢ διὰ τὸ εἶναι δύο τὰς ἑταίρας = B.V.

1. V. Κροβύλλου. B Κρωβύλου.
2. B.V. ὑπερβαλλούσῃ.
9. reliqui ζυγός.

M II, κϛ'.
Κρωβύλου ζεῦγος: Πορνοβοσκός, ὥς φασιν, ἐγένετο πονηρὸς ὁ Κρώβυλος καὶ δύο κόρας ἔτρεφεν, οὐδὲν διαφερούσας αὐτοῦ τὸν τρόπον, αἷς ἐπεφώνουν οἱ παριούσας ὁρῶντες, Κρωβύλου ζεῦγος. Εἴρηται οὖν ἐπὶ τῶν ἄγαν πονηρῶν ἡ παροιμία.

III.

Zen. IV, 54 P. Καλλικυρίων πλείους: οὕτως ἐν Συρακούσαις ἐκλήϑησαν οἱ ἐπεισελϑόντες γεωμόροις Καλλικύριοι. Ἔνϑεν παροιμιωδῶς ἔλεγον, εἴποτε πλῆϑος ἤϑελον ἐμφῆναι, ὅτι πλείους ἦσαν Καλλικυρίων. Δοῦλοι δὲ ἦσαν οὗτοι καὶ τοὺς κυρίους ἐξέβαλον. Ἡ δὲ αἰτία τῆς κλήσεως αὐτῶν, διὰ τὸ παντοδαποὺς εἰς ταὐτὸ συνελϑεῖν ὥστε τοῖς κυρίοις ἐγκεῖσϑαι = B.V.

1. B (et V, qui si non ab editoribus enotatus est cum B concinit: p. XXXI praef.) πλέους 3. B. ἐκλ. Γεωμόρων πλῆϑος ἐν Συρακούσαις οἱ Καλλικύριοι.

8. εἰς ταυτὸ pro εἰς τοῦτο Schneidewinus, τοῖς κυρίοις pro τοὺς κυρίους Valckenaarius coniecerunt.

M III, ιβ'.
Πλείους τῶν Καλλικυρίων: ὅτι Καλλικυρίων ποτὲ πλῆϑος ἐπῴκησε ταῖς Συρακούσαις, οὕτω πολύ, ὥστε καὶ τοὺς προτέρους οἰκήτορας ἐκβαλεῖν.

Ne longus sim in rebus manifestis, supersedeo exemplis additis adfinitatem illam codicum P et B fusius comprobare: sufficiet huius rei curioso nonnulla tantum prouerbia perlegisse maximeque ea, quae cum cod. ML conferre licet, aut ordinem adagiorum qualis et in P et in B extat considerasse. Quia enim archetypum constat eundem esse omnibus codicibus, de quibus disputamus, hunc autem certo quodam elementorum ordine fuisse instructum, consequitur, ut, si tum duo scriptores operam describendi subeunt, in utroque libro eundem prouerbiorum ordinem reperiamus, nisi statuimus alterum utrum ad arbitrium, ductum fortasse regula quadam, aut adornandi consuetudinem mutasse aut seruata lemmatum serie explicationes adiecisse aliunde petitas. Hac de causa, dummodo recte perspexeris prouerbiorum dispositionem, multas difficultates spero me esse soluturum, cum Schneidewinus-Leutschius hac re prorsus praeteruisa ipsa codicum Bodl. aliorumque[27]) de-

27) Hoc modo statim e genere codicum Diogenianorum euanescet cod. Vaticanus Krameri, quo de uide Schneid. in praef. p. XXXIII sq. — Huius enim ordo prouerbiorum minus dilucidus prorsus idem inuenitur in Gregorii Cyprii conlectione, nisi quod in littera A, uidelicet copiosissima, Gregorius habet solus provv. 12. 17—19. 26. 30—31. 42—43. 47—49 b. 52—53. 59—60. 62. 78. 85—87. 90, cetera autem mirum in modum congruentia (uidesis, in codicis K descriptione quot prouerbia solo in cod. K et apud Greg. Cyp. legantur). Sed permulto plura praebere cod. K, certo nunc obiciat quispiam. Huic quoque rei causa manifesta: cod. Leid. et Mosk. Gregorii Cyp., qui typis expressi sunt a Leutschio in altero Corporis vol., eundem provv. ordinem seruant ac Gregorius Pantini (in vol. I) sed adiungunt unicuique litterae copiam proverbiorum aliorum (L I, 25—60 = M I, 87 — II, 22 et alibi), quae si operam tibi impones, eisdem uerbis scripta in cod. K inserta, quantumuis potuit, inuenies: cf. e. g. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα in cod. K I, 6 (exscriptum ad Diog. I, 1) cum Greg. Cyp. L I, 26 = M I, 88, neque ulla dubitatio restabit. Monuit me Wilamowitzius hoc posse fingi, codices Mosquensem et Leydensem, licet excerptum et scholiis Platonicis auctum, integrum seruasse Gregorium, Krameri codicem eiusdem prouerbia inter sese permixta et in unum litterarum ordinem redacta, Pantini autem codicem pendere e libro Gregorii amputato. Huic sententiae obstare uidetur, quod nihil est cur Gregorius prouerbia duplici serie composuisse neque unum elementorum ordinem effecisse dicatur. Itaque ego Gregorio abiudico alteram illam in codd. ML prouerbiorum seriem. — Id quoque contenderim illarum conlectionum copias ex fontibus

scriptione hanc uiam obruerint. Itaque nouam subibo; sed quia omnibus nongentis prouerbiis nec locus nec tempus dari poterit, paruis tantum partibus tractandis contentus ero, cum praesertim iam hinc res plane cognoscatur. Conferam igitur cod. B et cum P et cum Diogeniano typisque significabo aut cod. P aut Diog., quocunque lectio codicis B inclinat; adiungam codici P codicis M locos, quotcunque obuertentur, et Diogeniano, sc. ei qui in priore Corporis vol. extat, alterius cod. Vindob. locos, qui nos aliquantum iuuabunt:

cod. M	Zen. cod. P	Cod. Bodleianus.	Diogen.	Diog. cod. V
I, ξε'	I, 1	1. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα	I, 1	I, 1
	4	2. Ἅβρωνος βίος	2	2
	5	3. Ἀγορὰ Κερκώπων	3	3
	12	4. Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον.	4 (+5)	4
	13	5. Ἀγαμέμνονος θυσία[28])	6	5
	6	6. Ἀγαμέμνονεια φρέατα		
	2	7. Ἀγαθώνειος αὔλησις	7	6
	7	8. Ἀγέλαστος πέτρα.	8	7
		9. Ἀγραφίου δίκη		
	3	10. Ἀγαθὰ Κιλίκων	9	
	9	11. Ἀγαθῶν θάλασσα	{ 10	8
	10	12. Ἀγαθῶν σωρός		
	14	13. Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες		9
	8	14. Ἀγρίου βέβρωκας		
		15. Ἀγροῦ πυγή		
	15	16. Ἀγροίκου μὴ καταφρόνει	12	11
	16	17. Ἀγναμπτότατος βάτος (αὖος)	13	
	cf. I, 49	18. Ἀδώνιδος κῆποι[29])	14	12
	18	19. Ἀδμήτου μέλος[30])		
		20. Ἀδεὲς δέος	16	13
		21. ?[31])		

etiam nobis notis corrasas esse a Gregorio (et a ceteris huius aetatis hominibus).

28) Macarius (ad Zen. I, 13) unde Demonis testimonium adfert?

29) propter hunc locum infra Zen. I, 49 suo loco omissus est!

30) altera pars solo in Diog. II, 68 et B 199 seruatur eodem uitio ‚ἐπὶ τῶν σχολιῶν' maculata, quod facile corrigitur e Suida in ‚ἐπὶ τῶν δυσκόλων'.

31) Leutschius adnotat in Indice Diog. V, 11 sed ad hunc locum cod. B non adscriptus est; fortasse I, 11 legendum est. — Idem error in Bodl. 206.

	21	22. Ἀλληλεσμένον βίον κ. μ. β.	17 (18)
I, ιζ'	II, 41[32])	23. Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε	19
	I, 22	24. Ἄλλος βίος ἄλλη δίαιτα	20
	23	25. Ἅλας ἄγων καθεύδεις	21 (22)
	24	26. Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον τ. κ. χ. ε	23
II, μγ'	25	27. Ἅλα καὶ κύαμον	50[33])
	26	28. Αἲξ οὐρανία	
	27	29. Αἲξ τὴν μάχαιραν	52
		30. Ἀδώνιδος κῆπος[35])	
III, οζ'	28	31. Ἄδακρυς πόλεμος	53
	29	32. Ἀδύνατα θηρᾶς	
	30	33. Ἀδράστεια Νέμεσις	54
	II, 37[34])	34. Ἅιδεις ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων	
		35. Ἀδδηφάγον ἅρμα	55
	38	36. Ἀετοῦ γῆρας, κορύδου νεότης.	56
		37. Αἴρειν μασχάλην[35])	

32) Vides toto caelo differre Diogeniani et Bodl. ordinem et Parisini cod. Equidem persuasum habeo Parisini ordinem esse genuinum, praesertim propter cod. M conlocationem: itaque cod. Bod. pendet aliquo modo a Diogeniano, qua de re infra fusius.

33) En habes miram in nostro codd. Diogeniani exemplari perturbationem: hoc enim iam quisque intellexerit eadem paene prouerbia in cod. B (et P) et Diog. sese excipere, ordinem igitur tamquam destinatum esse: quae cum ita sint, tamen nunc hic ita disposita inuenies prouerbia: 1—23. 50—71. 24—49. II, 3—29. I, 72—II, 1. II, 31 e.q.s. Cognoscimus certa quadam ratione permisceri provv. ac facile concedes, foliorum archetypi paucorum perturbatione hanc seriem esse natam, si conferes cod. Vindob. dispositionem, qui codex licet etiam peior sit nostro Diog. tamen ex eodem archetypo fluxit, quam rem probant ea prouerbia appendicis instar Diogeniano secundum literas adfixa, postquam codicis Bodl. scriptor eum inspexit (quia non extant apud eum): II, 72 — III, 42 = Diog. Vindob. I, 75—95, et postea, ut taceam de Diog. V. I, 10, quod non in cod. B sed in Diog. Pant. legitur.

34) Subito in cod. P turbatam reperimus provv. seriem ex arbitrio, opinor, scriptoris cod. P., quod sola probant prouerbia quae nunc sese excipiunt

II, 36 Ἄρκτου . . I, 30 Ἀδράστου . .
II, 37 Ἅιδεις . . I, 31 Ἀρπαγά . .

Quod si concedes, saepius erit dubitandum utrum codicis B scriba quia Diogeniani ordinem ante oculos habuit, an codicis P auctor ordinem mutauerit, quia aptior ei uidebatur alia dispositio atque quae erat tradita, etsi plura prioris generis uestigia prostant: Zen. I, 49 recte se habet, quod cod. Vatic., Bodl. plane gemellus, confirmat, dum cod. Bodl. ipse (18)

		38. Αἰσώπου γελοῖα		
(III, ρογ' =) III, μα'	42	39. Ἀεί τις ἐν Κύδωνος		
III, ριδ'	43	40. Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλ.		
	45	41. Ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμ.		
		42. Ἀκάνθιος κύων		
	46	43. Ἀκλητὶ κωμάζουσιν ἐς φίλων φ.	60	
III, ϟζ'	47	44. Ἀεὶ κολοιὸς πρὸς κολοιόν	61	
I, ις'	40	45. Ἅλις δρυός	62	
		46. Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς	63	
		47. Ἀλογίου δίκη		
III, ρξθ'	48	48. Ἀμαλθείας κέρας	64	
	49	49. Ἀετὸν ἵπτασθαι διδ.	65	
	50	50. Ἀετὸς ἐν νεφέλαις	67	
	51	51. Ἀεὶ φέρει τι Λιβύη κ. ν.	68	
		52. Ἄμυρις μαίνεται	(III,26)	[35])
	52	53. Ἀεί με τοιοῦτοι πολ. δ.	70	
	53	54. Ἀετὸς θρίπας ὁρῶν	71	
	54	55. Ἀζάνια κακά	24	
I, οε'	55	56. Ἀνάγυρον κινεῖν	25	
		57. Ἀντρώνιος ὄνος	26	
	56	58. Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χ. π.	27	
(cf. I, δ' = Zen. II, 39)	58	59. Ἀράβιος αὐλητής	28	
II, ξη'	59	60. Ἀρκάδας μιμούμενος	29	
III, λθ'	I, 32	61. Ἀρχὴ Σκυρία	30	
	33	62. Αἰθὴς πέπλος	31	
	34	63. Αἵματι κλαίειν	32	
	36	64. Αἱ Χάριτες γυμναί	34	
	37	65. Αἱ Ἰβύκου γερανοί	35	
	38	66. Αἰγιαλῷ χαλεῖς	37	14
	39	67. Αἰθέρα νήνεμον ἐρέσσειν.	38	15
	40	68. Ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενοι.		
	41	69. Ἄϊδος κυνῆ	39	16
	42	70. Αἲξ οὔπω τέτοκεν, ἐ. δ' ἐπὶ δ. π.	40	

Diogenianum sequitur, qui aut uerba in archetypo codicum PB tradita ad libitum mutauit aut aliquid ex uero Diogen. seruauit, id quod in Diog. I, 63 cogitari posse uidetur, quia Zen. V, 48 = Mill. I, ς aliud continet ac Diog. et Bodl., quorum sententia eadem adhibita ab Aelio Dionysio et Pausania in Eustathii p. 589, 41 plenior extat.

35) Libidini codicis B deberi uidentur loci nonnulli, qui eiusdem prouerbii dupla praebent (30. 37. 160. 205 — 73. 77. 510. 705) aut uerba lemmatis inuerterunt.

I, ξ'	43	71. Αἰάντειος γέλως	41	17
		72. Ἄχνη πυρός		
	44	73. Ἄχρι κόρου		
		74. Ἀνερρίφθω κύβος		
		75. Ἀνίπτοις χερσίν κτλ.'	43[36])	18
III, ροα'[37])	45	76. (sc. Ἄειδε τὰ Τέλληνος)	44	
	46	77. Αἰθίοπα σμήχων	45	19
II, ρζ'	47	78. Αἰσώπειον αἷμα	46	20
		79. Αἰγαῖαν ἐμβολήν		
II, λε'	48	80. Αἰγιέες οὔτε τρίτοι οὔτε τ.	47	21
	50	81. Ἄχαιρος εὖνοι' οὐδὲν ἐ. δ.	48	
III, ρζ'	51	82. Ἀκάνθιος τέττιξ	49	22

52 — 81 eodem sese ordine excipiunt II, 3 — 29[38])
Zen. I. 82 = Diog. II, 30 deest in cod. Bodl.[39])
81 — II, 13 = Diog. I, 72 — II, 1 eodem ordine leguntur[40]).

---

36) Quomodo nunc prouerbia in nostris conlectionibus leguntur, concludi possit, cod. B ex Diogeniano pendere, quia duorum prouerbiorum explicationes in unam confuderit: sed non liquet, qua ratione ductus cod. P in uniuersum prouerbia aut reseruare aut praetermittere maluerit, quae erant iam in archetypo: itaque hic res in medio linquitur.

37) dum M. III, λβ' (= Plut. I, 27) = Zen. II, 15, etsi a cod. B iam hic cum altero loco coniunctum est (extat autem apud Leutschium in App. I, 30!).

38) unum tantum prouerbium, Zen. I, 68 in Diogeniani conlectione abest; nam Zen. I, 57 legitur in Diog. Vindobon. I, 27.

39) Huius generis exempla, quae complura sunt:

(Zen. I, 11	=	Diog. I, 10? [= Diog. V. I, 8])
I, 35	=	I, 33
II, 44	=	I, 58
I, 82	=	II, 30
I, 93	=	I, 83
I, 97	=	I, 86
II, 16	=	II, 32 (cf. Mill. III, μγ')
II, 21	=	II, 35 (cf. Mill. I, μ')
II, 29	=	I, 36 (etsi explicatio aliquantum differt)

et multa alia optime demonstrant codicem P et nostrum Diogenianum aeque ab eodem archetypo pendere una cum Bodl., qui haec prouerbia describere neglegentia omisit et ex archetypo et e Diogeniano, quem simul inspexit.

40) Omittuntur a Diog. B. 112. 136. 140. 141 supplentur a cod. Vindob. B. 111. 124. 137. 139.

Desinamus nunc quidem hanc rem in eundem modum persequi: plus minusue ubique eadem est ratio. Hoc certo manifestum est: Codd. PB et Diogenianus utique eundem fontem referunt, qui in plerisque rebus adcuratius a BP, quantum quidem conlatis prouerbiis codicis M perspicere liceat, seruatus est; Diogenianum pendere ab eodem codicum BP archetypo cognouimus iam in adnotat. 39 atque adparet e uitiis [41]) communibus, qualia sunt Diog. I, 50 *ἅλα καὶ κύαμον* (= Zen. I, 25) dum Schotti coniecturam ab omni parte comprobauit et cod. M II, *μγ'* et cod. Laur. (i. e. eius loco cod. Σ—I—20 no. 70 apud Graux) qui praefigunt *οἱ περὶ ἅλα καὶ κύμινον*, aut Diogen. II, 68 = Bodl. 199, qui praestant '*Ἁρμοδίου μέλος· ἐπὶ τῶν σκολιῶν. Σκολιὰ γὰρ μέλη ἦδε* †' uel in Bodl. melius *Τοιαῦτα γὰρ ἐστὶ τὰ εἰς Ἁρμόδιον καὶ Ἄδμητον μέλη σκολιά* e. q. s.', dum sine dubio et ex conexu propter alteram explicationem quae est *τινὲς δὲ κατ' ἀντίφρασιν εἰρῆσθαι λέγουσιν ὅτι ῥάδια καὶ ὀλιγόστιχα ὡς ἐπιγράμματα. Διὸ καὶ ἐπὶ τῶν ῥαδίων εἰρῆσθαι λέγουσιν*, et uerbis Suidae s. v. de hac re conlatis consequitur scriptum fuisse aliquando *ἐπὶ τῶν δυσκόλων*. Sic plurima inueniuntur, iamque inde quod scriptio codicis B modo huc modo illuc inclinat, res illa confirmatur, etsi interdum cod. B ipsa Diogeniani, aut nostri aut nostro similis, codicis uestigia premit, cuius rei nonnulla exempla iam protuli. Neque saepissime intellegimus, cur cod. P prouerbia quaedam omiserit, nisi negamus ea in archetypo fuisse sed ex exemplari Diogeniani in cod. B inlata esse, praeter talia uidelicet, quae si complures eandem conlectionem transscribunt, unus alterue non potest non omittere. Sic e prouerbiis, quae in cod. B leguntur 162ª—192, nullum in cod. P inuenitur, pleraque in Diogeniano (adice e cod. Vindob. in breuissimam formam redacto B 172. 174). Deinde etsi multorum adagiorum explicationibus indicia tibi conquirere potes, unum inspice B 194 ad Zenobium V, 46 (= Mill. I, *λθ'*) exscriptum: Praebent et cod. P et M lemma *Ὅσα Μῦς ἐν Πίσῃ* uel *Πίσσῃ* historiola athletae

41) et mutationibus quae eaedem sunt et in Diog. et Zen. (cf. cod. B 60 e. g.) uel 536 [cl. M III, *ιδ'*].

cuiusdam exornatum, dum Diogen. II, 64 eodemque prouerbiorum loco cod. B 194 lemma exhibent Ἄρτι μῦς πίσσης γεύεται, cui adfigit cod. B et historiolam illam et explicationem de mure usitatam, etsi iterum duobus aliis locis 636 et 738 utriusque explicationem separatam adfert.

Pergamus si lubet in Diogeniani nostri naturam inquirere: B 204 Ἀπὸ κώπης ἐπὶ βῆμα hic demum nos illud prouerbium docet, quod Diogenianus iam I, 98 exposuit, sed recte cod. B sese habere, probare mihi uidetur cod. Vindob. I, 74, ubi eodem ordine atque in cod. B prouerbia sese excipiunt. Neque hunc codicem esse prorsus contemnendum iam dixi adn. 33 propter illa prouerbia, quae in nostris Diogeniani libris mss. singulis litteris adfixa sunt, plura pauciorave in Vindob. Ut uideas hoc non in una tantum littera adparere, enumerabo Diogeniani qui in priore Corporis uol. extat locos

de littera *Α* II, 72—III, 42
Β III, 43
Δ IV, 38. 39
Η V, 17. 18
Κ V, 85—100
Λ VI, 26—32
Μ VI, 67—74
Ν VI, 90
Ξ VI, 91—93
Ο VII, 31—41
Π VII, 88—95
Ρ VII, 96
Σ VIII, 16—19
Τ VIII, 46—58
Ψ. *Ω* VIII, 71—76 (finis).

Non casui tribuendum has prouerbiorum particulas fini singularum litterarum inseri, sed quid de natura eorum dicam non habeo. Adiuncta sunt postquam cod. Bodl. aliquam conlectionem compilauit, quae haec calce caruit, siue archetypus fuit siue codex alio modo adfinis. At nihil ad nostram rem. Nos prouerbiorum congeriem refecimus, quae sub Diogeniani nomine nunc quidem fertur, profecto autem in plurimis fere

rebus e codice Zenobiano quodam interpolato fluxit[42]). Sane multa insunt, quae cum cod. Bodl. solus e ceteris codd. Zenobianis seruet idque e Diogeniani libro expilauerit, quis est qui uero Diogeniano abnuere ausit? In libris prouerbiorum conglutinandis tantam libertatem scribarum libidinemque iam deteximus, ut ne illud quidem negare tuo iure possis, e genuino Diogeniano non nulla in Zenobium interpolatum transisse. Itaque nec Welckero[43]) credemus, qui hanc sententiam promulgauit ‚und es ist gar wohl möglich, dass der sammlung der name des Diogenianos spät beigelegt worden ist, weil er durch die vorrede des Hesychius in bezug auf sprüchwörter berühmt geworden ist', nec alteri parti quae licet tantopere modo, quantum Schneidewinus in praef. XXVIII concessit, Diogeniani nomine confidunt. Non prorsus abiicienda est haec conlectio quae sub nomine Diogeniani fertur, quia una cum PB eundem archetypum repraesentat, quin etiam nonnulla sola praebet, uelut ut exempla Milleriana eligam, I, 57 (M I, μα') II, 98 (III, ξζ') V, 6 (II, ϱς') VII, 4 (III, ϱμβ'), una cum cod. B III, 61. IV, 49. 75. 76. V, 38. 71. 74. VI, 4. 22. 45. 47. VII, 14. 17. VIII, 27. 28. 29. 30. 31. 36 (cl. Mill.).

Tamen ipsi cognouimus compluribus exemplis, quae facillime augeri possunt si operae pretium esset, istum Diogenianum qui a Leutschio typis expressus est pessimis erroribus e Zenobio interpolato litterarumque in ordinem redacto esse maculatum.

Postquam igitur hoc iudicium de nostri Diogeniani conlectione latum est uisumque tantummodo ueri non dissimile uestigia superesse Diogeniani genuini, una re haec suspicio magno opere mihi confirmari uidetur, prooemio quod a Schneidewino prolatum est vol. I p. 177 sqq. Edita enim est haec praefatio *Διογενιανοῦ περὶ παροιμιῶν* e cod. Paris. 1773[44]),

42) cf. Diogeniani sententiam de Μαγνῆτις in Scholl. Plat. p. 333 B et prorsus contrariam quae extat Diog. V, 2 (= Zen. IV, 22).

43) in libri Rankii summa enarranda: in Mus. Rhen. II (1833) p. 430.

44) eiusdem uidetur generis cod. bibl. Angelicanae F 6, 17, cuius eadem praefatio a Walzio in lucem edita est in ‚Rhetorum Gr.' vol. II pag. 10 adn. 6.

quem codicem audimus in praef. pag. XXXII libro Bodleiano esse persimilem ita ut plagularum e Bodl. partim auulsarum defectum supplere licuerit. Maximam praefationis partem haustam esse e Lucillo Tarrhaeo iam constat (v. Schneidewini adnot. et diss. meae caput II). Dubium nunc esse potest, utrum huic prooemio aeque ac Diogenianeis libris mss. Zenobii nomine celato falsum nomen sit praepositum an Diogeniano fuerint ipsius Tarrhaei libri cogniti. Praeplacet mihi Tarrhaeum reuera a Diogeniano in hac praefatione esse excerptum, quia omnia ab eodem Tarrhaeo conscripta neque testes probant nec nobis sumere licet. Zenobium uero scimus compilasse, non noui eum quidquam addidisse. Itaque Diogeniano tribuo praefationem, quae miro casu uno codice A nobis seruata est. Unde euenit ut hic codex, qui item atque codd. B—P prouerbia maxime Zenobiana continere dicitur ac reuera prouerbiorum quot apud Millerum prostant, formam fere eandem retinuit, potestatem haberet ipsius Diogeniani adeundi, cuius copiae quantum quidem e prooemio et — ut statim gradum promoueam — e multis summae amplioris prouerbiis codicis B, quae comparare possumus cum nostro Diogeniano, concludi potest, prorsus alius generis fuisse uidentur, cum nostri Diogeniani codices tenuissimi sane sint. Nunc etiam melius tibi explicabis, cur cod. B 46 [45]) (adscriptum ad Diog. I, 63) differat a P (Zen. V, 48 = M I, ϛ), qua de re iam supra praemonui.

Quod igitur adhuc consecutus esse mihi uideor, hoc modo comprehendam, ut existimem, etsi in nonnullis prouerbiorum conlectionibus ueri Diogeniani uestigia superesse uidentur, tamen quomodo res hodie de prouerbiorum codicibus sese habet, nihil nisi in librum illum archetypum codicum PBA et Diogeniani recurri posse, cui quantum e quot fontibus

45) Quod Ael. Dionys. et Pausanias (in Eust. 589, 41) nunc optime cum ueri Diogeniani explicatione cohaerent, quam pleniorem cogitari opus est quam extat, uide Naberum p. 18 ‚Aelius autem Dionysius plura e Diogeniano in lexicon transtulit et Pausanias qui plurima habuit cum Dionysio communia necesse est in permultis conuenerit cum Diogeniano' et alibi.

insertum sit nondum certius diiudicari potest. Purissimam quidem formam quinam codex praebeat, difficile est diiudicatu, cum altera librorum familia hoc, altera illo uitiorum genere sit maculata; praestat tamen cod. B.

Quae cum ita sint, nunc sanequam conduceret, prouerbia singula perlustrare, ut et opinionem nostram in singulis rebus confirmatam agnosceremus et de adagiis, quae Zenobio abiudicauimus quia non in MLΣ extant, aliquam suspicionem moueremus. Primum uero haec quaestio nimis latioribus finibus circumscripta est quam quae hoc loco confici possit, deinde quamquam non difficile est conlatis prouerbiis Suidae[46]), quorum pleraque Photio debentur, Pausaniae igitur lexicographo tribuenda sunt, Eustathii i. e. Pausaniae (Ael. Dionysius rarius occurit), Hesychii, exceptis eis quae apertissime e cod. P sunt descripta, aliorum, saepius coniecturam periclitari de Pausania auctore, nondum ullum fundamentum est iactum, ac quae auxilia nobis adire licet, dissertatio quam scripsit Rindfleischius ‚de Aelii Dionysii et Pausaniae lexicis rhetoricis' (Königsbg. 1866), et E. Meieri ‚Commentationis Andocidiae sextae' particula VII (Opuscc. II p. 82—106) tam anxie eos tantum locos Pausaniae adscribunt, qui eius nomine exornati extant, ut perpauca his reliquiarum conlectionibus lucremur. — Accedit denique quod quamuis unum alterumue prouerbium Zenobianis copiis insertum cum Pausaniae uerbis mire consentire euicerimus, quisnam, quaeso, recte negare poterit hoc a Pausania e Diogeniani libris esse sumptum, migrasse igitur, quod nostros prouerbiorum libros adtinet, non ex Pausania, sed ex ipso Diogeniano in Zenobianos Codices?

Quare fit ut multis antea opibus auxiliariis, et commentationibus de fontibus auctorum instaurandis et codicibus nouis prouerbiorum inuestigandis, quod supra saepius tetigi, nostra quaestio egeat, quam ad finem perduci possit.

Quamobrem hac re omissa nunc uertamus ad aliam dis-

46) Cum Suida cohaeret codex Coislinianus (v. Schneidew. praef. p. XXXIII), ex quo multa in App. Proverb.

putationis partem, qua mox nobis occasio dabitur opinionis de codicum natura nostrae examinandae, quod et fontes ueri Zenobii et interpolatoris Zenobiani adtinet.

Caput alterum: De Lucillo Tarrhaeo.

Agite transsiliamus interuallum quod hiat inter falsum et uerum Zenobium atque operam nostram conlocemus in huius auctoribus indagandis, siue nominatim ab ipso adferuntur siue aliorum scriptorum locis cum nostro Zenobio comparandis conliguntur.

Grauissimi testes de Zenobii fontibus sunt cum Suidas, cuius uerba supra iam pronuntiaui, tum librorum mss. ipsius Zenobii et ueri in cod. Milleri et falsi in cod. Paris. tituli. Inde consequimur Zenobium tribus libris complexum esse Didymi et Lucilli Tarrhaei [47]) prouerbia. Uterque enim libros de hoc sermonis genere composuit. Ab Helladio, cuius uerba legis in Photii cod. 279 (p. 350 a. 10 Bekk.) nobis traditur *ὅτι Δίδυμος περὶ παροιμιῶν δεκατρία βιβλία συντέταχε πρὸς τοὺς περὶ παροιμιῶν συντεταχότας ἐπιγράψας αὐτὰ* atque de Lucillo Tarrhaeo certiores nos facit Stephanus Byzantius s. v. *Τάῤῥα .... Λούκιος δ' ἦν ἀπὸ Τάῤῥας τῆς Κρητικῆς πόλεως· φέρεται δὲ τούτου τὰ περὶ παροιμιῶν τρία βιβλία ἄριστα ...* Haec uerba si inter se comparantur, cuius rationem secutus est Zenobius in librorum numero constituendo? Sane Lucilli Tarrhaei. Quomodo autem Lucilli libris tribus etiam Didymi tredecim libros inseruerit, id quod tituli illi nos docere uidentur, fingere mihi non possum, nisi sumere licet iam Lucillum ipsum Zenobio rationem prouerbia adornandi praecepisse, cum ipse Didymi libros in breuius coegisset suisque copiis dili-

---

47) De hoc nomine mihi quidem constat, quippe quod nomen et scriptura tradita (cf. Schneidew. praef. p. XIII) commendetur et ipsa ratione, qua ante cognomen Tarrhaei postulatur nomen, non praenomen. Librariorum error facillime aut ex nominum hypocoristicorum aut similium ratione explicatur.

genter congestis[48]) auxisset. Hanc opinionem confirmare uidetur testis quidam antiquitatis, quem solum Zenobii librum laudasse Schneidewinus concedere debebat[49]), Anonymus Scholiasta Aristot. Rhetor. (II p. 42), cum citat *ὥς ὁ Κρατερός φησιν ἢ Δοῦρις ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν παροιμιῶν Ζηνοβίου ἀπὸ τοῦ Ταῤῥαίου.* (sc. Zen. II, 28 = Mill. III, ϟ'.)

Intelleximus igitur ueri esse simile Zenobium Tarrhaei demum libros tres in breuius contraxisse ac Didymi nomen suis libris praefixisse, quia eum iam a Tarrhaeo laudatum inuenerat. Ponunt quidem uulgo hunc auctorem ante Didymi aetatem[50]), testimoniis uero uti non possunt. Ego iam uno indicio nisus meam sententiam confirmare conatus sum. Ab omnibus partibus certa erit, postquam utriusque auctoris Zenobiani reliquias examinauerimus.

Didymus eandem quam plerisque litterarum partibus diligentiam etiam prouerbiis impendit, quamquam dolendum ne huius quidem uiri quidquam integre esse seruatum. Libri ‚*περὶ παροιμιῶν*' fragmenta composita sunt a Schneidewino in praef. p. XIV (et M. Schmidtio p. 396 sqq.). Ac primum quidem sumptum est ex Helladio (apud Photium 533 b. 17 Bekk.) ‚*ὅτι παροιμίαν εἶναί φησι τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πόδα, τὸν δ' ἀριστερὸν νίζειν· φησὶ γὰρ ὁ Πολέμων*[51]), *ὡς μαρτυρεῖ Δί-*

---

48) „Fecerat enim itinera longinqua indeque opus suum illustrauit, quod cernitur tam ex Steph. Byz. Δωδώνη . . . παρὰ τῶν ἐπιχωρίων τινὸς ἠκούσαμεν' quam ex Schol. Plat. p. 396 Bekk. ‚ἤκουσα δὲ, φησὶν ὁ Ταῤῥαῖος, ἐγχωρίων λεγόντων ὅτι ἐν Σαρδόνι γίγνοιτο βοτάνη σελίνῳ παραπλησία . . ." Preller ‚Polemonis frgg.' pag. 62.

49) Nam Tzetzae Chil. VIII, 18 et Scholl. Arist. Nub. 134 paene eiusdem sunt aetatis et eius recentissimae: Scholion Aristophanis ab Aldo uel potius Musuro insertum esse ex nostri Zenobii codice iamdudum inter omnes constat.

50) Videtur Maassius meus aliquid sensisse in libelli ‚de biographis graecis' (Philol. untersuchungen von Kiessling und v. Wilamowitz) p. 168 (**) cl. p. 36, neque deesse qui senserint aliter facile suspicor; qui palam protulerint dissensum a Schneidewino, neminem noui.

51) Preller p. 151 amputauisse putat haec Photium, ut quid Polemo de illo prov. dixerit dignosci non amplius possit. Quod non intellego: nam ex illo prov., quod Polemo teste Didymo adfert, colligitur illis etiam uerbis quae antecedunt, prov. idem contineri.

δυμος ˛*δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδάνιπτρα*'. Non extat apud Millerum; illud uero prov., quod legimus Zen. III, 39 (PB = Diog. V. II, 34) ˛*Δεξιὸν — ποδόνιπτρον*'. *ἐπὶ τῶν ἁρμοδίως τοῖς πράγμασι κεχρημένων* cohaeret arcte cum Suida *Δεξιὸν — ποδονίπτραν Ἀριστοφάνης* (grammaticus: Dind. frg. Arist. p. 137) *ἐπὶ τῶν ἁ. τ. π. κ.*

II. Zen. II, 31 (M III, ρξε'. PB Diog. II, 39) quod si legis ˛*Αὐτῷ κανῷ: αὕτη τάττεται κατὰ τῶν ἄρδην ὁτιοῦν λυμαινομένων. Φησὶ γὰρ ὁ Δίδυμος ὅτι τὰ δεῖπνα ἐπὶ κανῶν ἐκομίζετο· Καθάπερ ἐν Γρυψὶ λέγει καὶ Πλάτων* .., uidetur Zenobius auctorem excerpere, qui Didymum tamquam testem adtulerit, id quod opinionem quam supra protuli Lucillum iam Didymi copiis usum Zenobio solum excerpendum fuisse, comprobare potest.

III. Zenob. IV, 20 (contractius B et e ratione cod. Laur. similiter contractum in Plut. I, 41 = Mill. III, ξθ'): *Ἡ Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν· ἱστορεῖ Δίδυμος ὅτι* .... eodem modo Didymi uerba exhibet ut supra.

IV. Grauior etiam hic locus uidetur: Hesychius s. v. *Λιμοδωριεῖς* narrat ˛*οὕτως ἐκλήθησαν οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου, ἀφορίας χαλεπῆς ἐκεῖ γενομένης. ἀποικισθέντες διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ κατοικίσαντες περὶ Ῥόδον καὶ Κνίδον. Δίδυμος δὲ τοὺς περὶ τὴν Οἴτην κατοικοῦντας οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ λιμώττειν καὶ μοχθηρὰν ἔχειν ταύτην.* Zenobius enim (Mill. III, ξα' = Plut. I, 34) priorem tantum sententiam recepit, quod mirum sese haberet, si Didymi libros in breuius redigere uoluisset. Neque aliter rem tractauit

V. Zenob. VI, 28 = B 926: Mill. I, ξθ' usque ad ea tantum uerba *Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι Ἀθήνηθεν εἰς Δελφοὺς* (Diog. VII, 1 concinit in explicationis uerbis ˛*ἐπὶ τῶν μηδενὶ χρησίμῳ* uel *περὶ μ. χ. φιλοτιμουμένων* (*καὶ φιλονεικούντων* Diog.)) ac rectius Zenobio haec tantum uerba tribui uidentur, qua de re ubi scholia Platonica adierimus adcuratius agetur. Utut sese res habet, non recte Zenobius Didymi ipsius sententiam quae traditur ab Harpocrat. p. 151, 11 Dind. sub finem demum hisce uerbis adiecisset *Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι Ἀθήνηθεν εἰς Δελφοὺς τὸν ὄνον ἐμισθώσατο.* Fabulam de Delphis nar-

rari audimus ab eis qui Diogenianum pleniorem quam hodie prostat, compilauerunt BV (ad Diog. VII, 1) et Coisl. (in App. IV, 26) qui nos nihil adtinent. Ne

VI. quidem locus cuius adagii auctorem prodit Athen. II, 67 D (App. IV, 29 Ὄξος Σφήττιον) receptus est a Zenobio, sed aliunde in cod. B(V) fluxit: extat item fere in Photio ʽὄξος Σφήττιον· ἴσως ἂν οἱ Σφήττιοι ὀξεῖς, ὡς οἱ Ἀχαρνεῖς (?) κακολόγοι', quod dubito annon coniungendum sit cum Eustath. 741, 25 ʽΑἰξωνεῖς γὰρ δημόται Ἀττικοὶ σκωπτόμενοι ὡς κακολόγοι, καθὰ καὶ οἱ Σφήττιοι ἐπὶ ἀγριότητι.' Gratissimum autem paene est frg.

VII. ʽΧαλεπὰ τὰ καλά'. Huius prouerbii maximo animaduertendum est — posteaque summum in hac re pondus erit ponendum — formas duas esse disiungendas: alterum, ut Platonis dictum quoddam interpretetur, in scholiis ad Hippiam maiorem p. 394 Bekk. legitur, plane similiter apud Zen. VI, 38 (PB 940. K IV, 90 in Append. V, 22 exscriptum) enarratum, dum Didymi mentio solo a Scholiasta Platon. in Cratylum p. 369 Bekk. fit; atque hic alter Scholiorum locus nunc solus nos adtinet. Si huius sermo ita decurrit, ut post Didymi uerba auctor, opinor, Scholiastae pergat ʽὅθεν οἶμαι φησὶ καὶ Μένανδρος aliique', quis est quin concedat hunc auctorem iam Didymi commentarios in suum librum recepisse. Scholiasta igitur apud eum, qui Didymi sententiam amplectebatur, sc. Lucillum inuenit ex eiusque libris Didymi uerba sumpsit[52]).

Hae sunt reliquiae quae e libris tredecim aetatem tulerunt, neque haec provv. omnia constat in his libris fuisse, uelut frg. 6 e commentariis ad Aristophanem petitam uidetur. E ceteris autem, quotcunque a Zenobio commemorantur, sequi mihi persuasum est, ut per alterum demum auctorem Didymus Zenobius innotuerit: unum uero, ne quid reticere uidear, ipse mihi obuertere possim: inueniuntur enim in cod. Milleriano quattuor illa provv. bis repetita de quibus iam supra disputaui. Nihil mihi uidentur ponderis habere; repetitio

52) loco VIII quae addidit Schmidtius, Apostolii errori debentur, quod multi perspexerunt: cf. Leutschii adnot. ad Apostol. XVII, 18.

facile excusatur mira eorum conlocatione, quam errore quodam factam esse extrema conl. III adparet. Nusquam igitur probatur quod Zenobius libris suis praefixit, Didymi libros esse adhibitos ab ipso Zenobio.

A. De Stephano Byzantio.

At liceat nunc pedem proferre ad Lucillum ipsum, saepius cognomine ‚Tarrhaeus' citatum. Cuius de uita scriptisque unum [53]) fere testimonium memoriae proditum est: extat apud Stephanum Byz. s. v. *Τάῤῥα* (p. 604, 5 Mein.). Ut uero dubitem num ipse Stephanus illius uiri scripta nouerit, monet me Ben. Niesii (de Steph. Byz. auctoribus: Kiliae 1873) disputatio eximia, qua elucet et multas res ad geographiam spectantes a Stephano esse receptas et hominum insignium memoriam ductam esse ex eodem Philonis libro cui inscriptum erat ‚*περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκε*' [54]). Ne ipse quidem Niesius (p. 28) dubitat quin ex hoc libro cum aliorum hominum inlustrium notitia fluxerit tum Lucilli Tarrhaei, quia perbene conueniat utriusque aetas. Neque uero eo adminiculo usus est, quod praebet Eustathius (p. 855, 5). Is postquam *τῶν παλαιῶν* sententiam de ‚*αἶνος καὶ τοιαῦτα*' exposuit, ita pergit: ‚*αἶνος καὶ παροιμία διαφέρουσι, καθὸ ὁ μὲν αἶνος λόγος ἐστὶ μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν, ὥς φησι Λούκιλλος ὁ Ταῤῥαῖος ἐν πρώτῳ περὶ παροιμιῶν* [55]) *ἀπὸ μὲν ἀλόγων, ὡς παρὰ Ἀρχιλόχῳ ‚αἶνός τις ἀνθρώπων ὡς ἄρ' ἀλώπηξ καὶ ἀετὸς ξυνωνίην ἔθεντο' καὶ Ἡσίοδος ‚νῦν δ' αἶνον*

53) quod enim fini scholiorum ad Apollonium Rhodium (in cod. Laur. 32, 9) seruatorum adfixum est Tarrha esse natum Lucillum, e Longino (ἐν τοῖς Φιλολόγοις) sumptum, fortasse propter mentionem urbis Cretensis additam ipso ex opere Philonis geographico, quo de statim, petitum erit.

54) Ex eodem libro Hesychium Milesium hausisse quae in altero fonte Dionysii π. μουσικῆς libro non inueniret, post alios demonstrauit E. Rhode (Rhein. Mus. XXXIV, 561 ff.).

55) unde Diogeniani quoque praefationis pars maxima fluxit in cod. Par. 1773 (= cod. Angel. vide pag. 23) priorem partem eandem exhibet Libanius sophista in cod. Vat. 305 (Notices et Extraits etc. VIII p. 244).

βασιλεῦσ' ἐρέω, ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα.' ἀπὸ δὲ φυτῶν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ ‚ἄκουε δὴ τὸν αἶνον, ἔν κοτε Πύλῳ δάφνην καὶ τὰ ἑξῆς.' καί ἐστιν ὁ αἶνος ἐξηπλωμένη παροιμία. καὶ οὕτω μὲν καὶ τοῦτο κατεστρωμένον οὕτω ῥητῶς ἐν τοῖς Ἐρεννίου Φίλωνος. Etsi Valckenarii praefationem Ammonio (*περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων*) praefixam attente perlegi, tamen minime mihi placent quae p. XV concludit „Ita igitur statuo Eustathium legisse eundem quem habemus Ammonii libellum et simile etiam opusculum sub nomine Herennii Philonis, non ueteris istius, grammatici Byblii, sed Ammonio longe recentioris qui multa Ammonio sublegerit et clarum nomen suae opellae praefigere uoluerit." Nonne hoc multo artificiosius est excogitatum, quam ut tale quid nobis persuadere possimus? Meierus (Opusc. II, 34) non pro certo adfirmauerit Eustathio talem librum usui fuisse, cuius Excerpta Valckenarius in Calce Ammonii in lucem protraxerit. Recte hoc negat. Sed quis computauerit, per quot epitomatorum aut interpolatorum manus migrans liber illius in hunc statum sit deductus? Quomodo nisi Philonis nomen huius generis studiis notum fuisset, hoc a falsario quodam electum esse explicare nobis possemus? Equidem nihil causae agnosco, cur non in contrarium Valckenari sententiam mutemus atque Herennii Philonis Byblii ueteris istius librum aliquem, fortasse ‚*περὶ διαφόρων σημαινομένων*', qui titulus Eustathio aderat, ab Ammonio posteaque nescio a quibus adhibitum statuamus.

Quae cum ita sint, Lucillum Tarrhaeum notum fuisse Herennio Philoni constat, et cum apud Steph. s. v. *Τάρρα* Lucilli prouerbia Philo ipse tamquam optima laudauerit, sua sponte quaestio exoritur hancine scientiam aliis quoque locis adhibuerit, cum praesertim Philonis doctrinam prostare scimus in Stephani libro, num forte praeter ‚urbium originationes transnominationesque et uirorum inlustrium inde ortorum tabulas uel *πίνακας*'[56]) etiam prouerbia[57]) saepius cum ur-

56) uide Ben. Niesium.

57) horum auctorem Lentzius quoque, etsi plurima fere Stephani Herodiano suo addicere studuit, separandum putauit (Lentzius Herodiani frgg. praefatus p. CXXXIX).

bium historia coniuncta aut inde nata eidem Philoni debeantur, qui ipse [58]) haec e Lucilli Tarrhaei libris tribus sumpserit.

Videamus igitur qualia sint ea prouerbia quae apud Stephanum uel potius in libro e Stephano excerpto leguntur aut respiciuntur.

Ex Strabone quidem fluxerunt quae s. vv. *Κώρυκος Συράκουσαι Λᾶτον Σκῦρος* narrantur. Nec quidquam iuuant illae uoces, quibus lemma tantummodo prov. cuiusdam continetur, uelut *Αἴγιον, Ἀφάναι, Τενέα, Καμάρινα, Κορυφάσιον, Κύζικος*, quia nihil ansae praebent ad nostram quaestionem discernendam. Voces denique *Ἄντρων* [59]), *Ἀλάβανδα, Φωκίς* in nostro Zenobio non extant neque igitur nos tangunt, cum ex uno libro omnia prouerbia hausta esse putari non necesse sit [60]).

Cetera tamen digna sunt quae cum eis Tarrhaei copiis, quas Zenobio inesse suspicari licet, conferantur.

Primum quidem habemus s. v. *Ἄβυδοι* cuius initium, ut Niesius p. 42 vult, auctori Indicis [61]) cuiusdam geogr., quo urbes breuiter enumerari solebant, tribuemus, provv. duo ad-

---

58) Stephanum diligentissime fontes suos quantum poterat usurpasse constat et perpauca tantum de suo addidisse.

59) qua in regione asini summae magnitudinis procreari narrantur, unde prouerbium circumferatur Ἀντρώνιος ὄνος (cf. Diog. I, 26): inde patet si in Stephani uoce prov. dici traditur, quia maximi lapides ibi procreentur, mutandum esse λίθους in ὄνους, fortasse ex maiuscularum, quae uocantur, ratione ΟΝΟΥϹ pro ΛΙΘΟΥϹ.

60) Probat Stephani uox Τέρινα, ubi ex Apollonide Nicaeensi, qui Tiberii fuit temporibus, narratur quid de portu Terinae. — Alterum quoque prov. iam nunc segregandum est, quod uoci Ἀραβία additur neque, si tamen cetera Philoni addici liceret, huic tribui posset, quia Philo non de terris similibusque rebus disseruit sed de urbibus; num uero eiusdem sit originis ac cetera provv., mox uidebimus, ubi de Ἀράβιος αὐλητής agetur.

61) qualem Niesius etiam scholiastam Platonis usurpasse non sine ueri similitudine conlegit: itaque hunc Niesii libellum non nouisse uidetur Thom. Mettauer, cum scriberet ‚de Platonis scholiorum fontibus: Turici 1880' et in cap. II (p. 43—47) de glossarum geographicarum fontibus disputaret.

iuncta ‚μηδ' εἰκῇ τὴν Ἄβυδον πατεῖν'. παροιμία, τουτέστι μὴ καταθαρρεῖν αὐτῆς ἐπιβαίνειν. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν εἰκαίων. οἱ δὲ τὴν ἐν Μιλήτῳ (? ἐκ Μιλήτου H. Stephauus) Ἄβυδον οἰκοῦντες διεβάλλοντο ἐπὶ συκοφαντίᾳ καὶ μαλακίᾳ. alterum subsequitur ‚λέγεται καὶ τὸ Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα ἐπὶ τῶν ἀηδῶν.' — Alterum tantummodo legitur in Zen. I, 1 (M I, ξε'); sed ualde confusam esse explicationem huius prouerbii nunc elucet, nisi iam pridem miratus est quispiam, qua de causa Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα de sycophantis esset dictum [62]). Recte utrumque prov. distinctum receperunt et Diog. I, 1 et VI, 53 [63]) (unde B 658) quamobrem his locis uerum Diogenianum, cui licebat ipsum Lucillum adhibere (uide Diog. praef.), subesse existimo et auctor lexici Bekk. VI (p. 322, 31): Ἀβυδοκόμης: ὁ ἐπὶ τῷ συκοφαντεῖν κομῶν (hucusque pertinent Hesychii uerba)· τοιοῦτοι γὰρ οἱ Ἀβυδηνοί. καὶ ἡ παροιμία· μὴ εἰκῇ τὴν Ἄβυδον· ᾗ ἐχρῶντο ἐπὶ τῶν εἰκαίων καὶ οὐδαμινῶν: est haec sententia Pausaniae, quam pronuntiat Eustathius p. 357 init.: Παυσανίας δὲ καὶ παροιμίαν εἶναι λέγει ‚μὴ εἰκῇ τὴν Ἀ.' ᾗ ἐχρῶντο φησὶν ἐπὶ τῶν εἰ. κ. οὐ. nec dubito quin quae uerba antecedunt de Ἄβυδος et Ἀβυδοκόμης eidem Pausaniae tribuantur [64]), cum praesertim eadem fere uerba et in Suida [65]) (i. e. Photio?) et lex. Bekk. VI

---

62) Non adsentior Leutschio ad Zen. I, 1 adnotanti ‚εἴρηται — ξένους] quamquam prouerbio Ἄβυδός ἐστιν hanc explicationem (Apostol. I, 2 Arsen. Viol. p. 11) Suid. s. v. Ἄβυδος, Bekk. Anecd. I, p. 215, 5 adponunt, eam tamen (sc. Ἀβ. ἐπιφόρημα) recte nostro adponi praeter Hesychium docet Athen. p. 641 A.' At Hesychius nostrum Zenobii cod. P descripsit, uelut permultis aliis locis, atque Athenaei auctor, Aristides, quod aliam prorsus explicationem dedit, nihil ad rem.

63) Cod. Coisl. et Macar. diuersam interpretationem exhibent, nescio unde.

64) φασὶ enim significare potest, utrumque auctorem, Ael. Dion. et Pausan., haec provv. nosse, dum tertium ‚μὴ εἰκῇ τὴν Ἄβυδον' Pausanias solus eis adicit.

65) apud Suidam s. v. Ἄβυδος fortasse duae uoces Ἄβυδος et Ἀβυδοκόμης in unam commixtae sunt. — Ceterum v. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα cum Nabero (p. 166) non dubito eidem fonti, Pausaniae, adtribuere, etsi Eustathius de hac re nihil seruauit.

audiantur. Pausaniam[66]) autem, hunc alterius saeculi p. C. auctorem, aut ipsum Lucillum aut Diogenianum adire potuisse nemo negabit. Itaque censeo a Zenobio ea provv., quae in Stephani uoce iuxta posita in ceteris libris modo adlatis recte disparata extant, inter sese permixta esse, cum provv., quae ad unam urbem pertinebant, in breuius redigere studeret.

Pedem proferamus ad v. *Ἄκανθος* (p. 56 Mein.), ubi quattuor urbibus cognominibus recensitis pergit auctor *ἐξ οὗ καὶ παροιμία Ἀκάνθιος τέττιξ, ἐπὶ τῶν ἀφώνων τοιοῦτοι γὰρ οἱ τῆς χώρας τέττιγες, ὡς Σιμωνίδης*. Confer Zen. I, 51 (Mill. III, *ρζ'*, ubi nescimus num e. g. Simonidis testimonium extiterit) atque eadem uerba inuenies *Ἀκ. τ. ἐπὶ τῶν ἀφώνων* (codicis B *ἀφανῶν* nihili est) *καὶ* (*μάλιστα* B) *ἀμούσων λέγεται* (deest in B) *παρόσον οἱ ἀκάνθιοι τέττιγες οὐκ ᾄδουσιν* [*ὅθεν ἐρεῖς καὶ Ἀμουσότερος ἀκανθίου τέττιγος* B] quibuscum Diog. I, 49 et Suidas fere concinunt.

Ne eundem ac Meinekius errorem committam qui non nulla provv. in Indice praeteruidit, loquar nunc de *ἀναπαριάζειν* in uoce *Πάρος*, ubi postquam de origine metonomasiis ceterisque rebus disputatum est, legitur (p. 507, 16) *ἀπὸ ταύτης λέγεται παροιμία τὸ ἀναπαριάζειν, ὡς Ἔφορος ἐν δεκάτῳ ὁ δὲ Μιλτιάδης κτλ.* Eadem enim res enarratur explanate, quam breuiter legimus in Zen. II, 21 (M I, *μ'*), quod prov. cod. P solus praebet una cum Diogen. II, 35. — Suidas s. v. conuenit cum cod. M in uerbo *ὁμολογηθέντα*, uidetur igitur aliquo modo ad uerum Zenobium pertinere.

Progredimur ad Stephani v. *Ἀραβία* (v. adn. 60), cuius *τὸ ἐθνικὸν* dicitur *Ἀράβιος ὡς ἡ παροιμία Ἀράβιος αὐλητής, ἣν ἔταττον ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων, ἢ διὰ τὸ μηδένα Ἑλλήνων διασκευάσασθαι τὴν αὐλητικὴν ὡς οὖσαν βάναυσον καὶ παντελῶς ἀνελεύθερον ἀλλὰ βαρβάροις αὐληταῖς χρῆσθαι. διὸ καὶ ὁ Ἀράβιος αὐλητής. ὃς δραχμῆς μὲν ηὔλει, τεττάρων δ' ἐπαύετο* (hinc Eustath. ad Dion. 939). — M I, *δ'* = Zen.

66) cf. Rindfleischii dissertationem, quamuis prouerbiorum inter se adfinitatem minime perspexerit testesque indigestos enumeret, uelut ad frg. 2 Steph. Byz. s. v. Ἄβυδος et Eustath. ad Dionys. 513, etsi hic ex illo hausit.

II, 39 priorem tantum explicationem seruauerunt accuratius expositam, dum cod. B alterum editionis Zenobianae prov. (II, 58) quod cod. M non agnoscit, sibi elegit „Ἀράβιος ἄγγελος· παροιμία παρὰ τὸ „Ἀράβιος αὐλητής' παραλαμβανομένη ἐπὶ τῶν ἀπαύστως διαλεγομένων. Εἴρηται δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀραβίου αὐλητοῦ, ὡς ηὔλει μὲν δραχμῆς, ἐπαύετο δὲ τεττάρων.' cf. Diog. Aliunde igitur in Zenobium inrepsit, ac reuera pleniorem uerbaque Stephani prorsus eadem amplexam praebet Suidas [67]) uocem Ἀράβιος ἄγγελος. Μένανδρος ἐν Ἀνατιθεμένῃ ἢ Μεσσηνίᾳ. παρὰ τὴν παροιμίαν „Ἀράβιος αὐλητής'.

Ἀράβιον ἆρ' ἐγὼ κεκίνηκα αὐλόν;

τίθεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀπαυστὶ διαλεγομένων. τὸ παλαιὸν δέ φασι τοὺς ἐλευθέρους μὴ μανθάνειν αὐλεῖν διὰ τὸ βάναυσον, τῶν δὲ ἀνδραπόδων τὰ πολλὰ εἶναι βάρβαρα καὶ Ἀράβια· ἐφ' ὧν ἐλέχθη παροιμία „Δραχμῆς μὲν αὐλεῖ, τεττάρων δὲ παύεται'. (quod sequitur male repetitum est ex alio fonte „Καὶ Ἀράβιος αὐλητὴς ἐπὶ τῶν ἀκαταπαύστων. Κάνθαρος Μηδείᾳ· „Κιθαρῳδὸν ἐξηγείρατ' Ἀράβιον τὸν χόρον τοῦτον.'). Adparet hoc prouerbium non eodem modo ac cetera a Stephano commemorata cum Zenobianis conuenire. —

Mirum consensum nunc quidem adipiscemur inter Zenobii uerba ac Stephanum, si conferimus quod uterque de Glauco opifice tradidit, Steph. s. v. *Αἰθάλη*, Zenob. in prov. II, 91 *Γλαύκου τέχνη*. Quamquam in nostris editionibus iterum legimus uerba a Zenobio aliena, inculcata potius uidentur e scholiis Platonicis (p. 381 Bekk.): cod. M enim III, ρξζ' = Plut. II, 25 *Οὐχ ἡ Γλαύκου τέχνη* [68]) et cod. B 313 demonstrant inde ab Hippasi nomine (in cod. P) omnia esse

---

67) Cod. Coisl. 40, cuius de natura uide quae adtulit Schneidewinus in praef. p. XXXIII, exscriptus est et ad Greg. Cypr. I, 32 et a Bernhardyo ad Suidam, sed facit nihil ad rem, quia facile intellegimus eum multa e multis fontibus conrasisse, hic Suidam et Zen. II, 39 commiscuisse.

68) Suidas s. v. Οὐχὶ ἡ Γλ. τ. talis generis codicem sequitur (ἐπὶ τῶν εὖ εἰργασμένων καὶ δυσκατανοήτων), s. v. Γλαῦξ ἵπταται, ubi tria provv. coniungit, necessario archetypum Codicum PB exscripsisse putandus est!

falsarii [69]). Restituamus igitur Plutarchi prov. et miremur, qui factum sit ut et Zenobius et Stephanus Glaucum illum Samium [70]) appellauerint, cum Herodotus [71]), quem ipse Stephanus in eadem uoce de eodem Glauco laudat, Chium illum fuisse tradat (I, 25). Nonne facillime hic error explicatur eo quod auctorem utrique fuisse communem arbitramur?

Peruenimus ad locum grauissimum, quo cum dis placuerit felicissimo casu Tarrhaei ipsius nomen seruatum est. Fragmento enim Segueriano quodam uocis *Δωδώνη* [72]) uerba antea in Hermolai epitome desiderata nunc explentur. Stephanus enumeratis Dionysii, Philoxeni, Epaphroditi Herodiani sententiis concludit prouerbio (p. 249, 4—250, 10): *ἔστι καὶ ‚Δωδωναῖον χαλκίον' παροιμία ἐπὶ τῶν μὲν λαλούντων ὡς μὲν ὁ Δήμων φησί.* — sequitur Aristides, qui sua e Polemone hauserit; commemoratur denique Tarrhaeus qui ita adiungitur ut uerba antecedentia ipse elocutus esse uideatur. Etiam Menandri frustulum non uideo cur Meinekius Tarrhaeo abiudicauerit, nisi quod Didymum auctorem esse uoluerit [73]). Contra hanc uero opinionem facit primum quod uerba Tarrhaei, interiectis *φησὶν ὁ Ταῤῥαῖος*, ipsa sine uinculo adnexa probare uidentur, hunc auctorem non ab alio quodam, e. g. Didymo,

---

69) Priora enim cod. P uerba legenda censeo ἢ ἐπὶ τῶν μὴ ῥᾳδίως κατεργαζομένων (cf. Diog. IV, 8) et aequiperanda uocabulo Plutarchi ‚δυςκατανοήτων'.

70) Maassius meus in commentatione ‚de biographis graecis' p. 39 adn. 39 haud recte ‚Χῖον' restituit.

71) Apostolius V, 45 reuera Herodotum euoluisse uidetur; ceterum Athenaeus et Pausanias perieg. Glaucum Chium norunt. — Ut res etiam luculentior fiat, statim adiungam, scholiastam quoque Platon. (quo de infra longius) ab eodem auctore pendere ac Stephanum et Zenobium, atque hic eiusdem Samii mentionem facit. — Idem de fonte Hesychii fortasse dicendum esset, quippe qui his eisdem rebus narratis testimonium praeterea Dionysiodori paroemiographi suppeditet (uid. Schneidew. praef. p. VII).

72) adcuratissime tractatum a Prellero in Polem. frgg. p. 56—62.

73) memineris quaeso iam in frg. Didymeo VII auctorem qui Didymi sententiam rettulerat, Menandri testimonium adfigere: huius poëtae uersus quammaxime provv. conlectoribus placuisse satis notum est. Vide nunc in Indice et Leutschii et Milleri quoties hic poëta a Zenobii auctoribus in usum sit adhibitus.

ceteris additum esse, sed ipsum illum sententiam Polemonis, cui subscribit, paucis concludere uelle, atque haec demum uerba auctori totius disputationis recte tribuit Stephanus vel is qui hunc auctorem, i. e. Luc. Tarrhaeum exscribit. — Videamus igitur quid Zenobius nobis tradiderit. Omnes codices (praeter Coisl., quo de uide notam)[74]) ad Zenob. VI, 5 (P.B. M I, β') de re concinunt, licet alius aliis uerbis utatur, habent Menandri testimonium et Aristidis explicationem; quin etiam contenderim, uerba Zenobii *ἠχεῖν οὕτω τὸν λέβητα ἐπὶ χρόνον πολὺν* non tam adtribuenda esse Aristidi quam ipsi Tarrhaeo, conlatis et Scholio Il. et Stephano, apud quem hoc quidem prov. ipsis auctoris uerbis expressum esse uidetur.

Corruptior est Stephani uox *Θρῖα*, cuius haec uerba certo ad prov. Zen. V, 75 (M II, ος') spectant: *θριαὶ δὲ αἱ μαντικαὶ ψῆφοι, ἃς εὗρεν Ἀθηνᾶ· ἀχθόμενος δὲ τοὺς τοῦ Ἀπόλλωνος † ἄπιστον ὁ Ζεὺς ἐποίησε τὴν διὰ τῶν θριῶν μαντικὴν εὐδοκιμοῦσαν. διὸ καὶ Ἀπόλλων ἔφη ‚πολλοὶ θριόβολοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες'*[75]). Suidas pauca tantum uerba e priore Zenobii parte sumpsit. aeque ac cod. B 772.

Deriuationes sequuntur duae, s. v. *Καῦνος*[76]), ducta ex *Καύνιος ἔρως* (= Diog. V, 71 = Mill. II, η') et s. v. *Ἰκόνιον*,

---

74) Ab una parte stant Schol. Vict. Iliad. XVI, 233 et cod. Coisl. 116, qui prorsus cum Suida facit ac uel idem uitium praebet ac scholion l., et Suidas (i. e. Photius?), qui ad uerbum exprimunt Pausaniae sententiam, quae traditur ab Eustathio (335, 46) 1760, 55 (cf. Preller pag. 59 contra Rindfleisch. in adn. ad frg. 147): ita optime error ille explicatur, ex quo Aristotelis nomen apud hos auctores Aristidi substitutum est: soli enim Pausaniae nunc a nobis tribuetur. hoc concesso propter Schol. Iliad. necessario sequitur Pausaniam Lucilli T. uerba ante oculos habuisse. — Ceterum ut hoc adiciam, a Strabone (p. 329 frg. 3) explicatio traditur quae toto caelo distat ab omnibus paroemiographis, etsi subesse Polemonis interpretationem Prellero (p. 58) facile crediderim, cum Lucillus noster Aristidem demum, Polemonis asseclam, secutus sit.

75) Xylander emendari uoluit ἀχθομένου δὲ τοῦ Ἀπόλλωνος, Meinekius ἀχθόμενος δὲ τοὺς χρησμοὺς καταφρονηθῆναι τοῦ Ἀπόλλωνος ἄπιστον ὁ Ζεύς e. q. s. sed cum non Iupiter illud aegre tulit, sed Apollo, equidem propono ἀχθομένου δὲ τούτοις τοῦ Ἀπόλλωνος ἀπ.

76) Suidas s. v. K. ἔ. exscripsit Diog. uel fontem.

quae cohaeret cum isto *Νάννακος*, unde prouenit prov., quod est in

cod. M II, ϱα' *Τὰ ἀπὸ Ναννάκου*
cod. P (Zen. VI, 10) *Τὰ Ναννάκου*
cod. B „ *Ἀπὸ Ναvάκου*

Summa uero cura id agendum est ne diuersas narrationes confundamus. Itaque cod. M nouit ‚*Τὰ ἀπὸ Ν.*' dici *ἐπὶ τῶν ἐπὶ παλαιότητι θαυμαζομένων*, cum Nannacus iam ante Deucalionem fuerit et uiderit inundationis istius aetatem uelut Herodes iambographus canit ‚*ἵνα τὰ Ναννάκου κλαύσω*'. — Ex ipsa historia altera explicatio ducta est quam solus cod. P post priorem exhibet *ἢ ἐπὶ τῶν πολλὰ θρηνούντων*. Prorsus ad arbitrium ex antiquitatis momento ducta uidetur interpretatio, quae legitur in cod. B 140 et cum singularis sit nostro iure nobis abicienda erit. Illae uero duae explicationes coniunctae esse uidentur in Stephano (p. 329, 17), qui primum narrat *ὅτι ἦν τις Ἀννακὸς ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη* ac tum istius historiae ‚*τοὺς δὲ πέριξ μαντεύσασθαι ἕως τίνος βιώσεσθαι. ἐδόθη δὲ χρησμὸς ὅτι τούτου τελευτήσαντος πάντες διαφθαρήσονται. Οἱ δὲ Φρύγες ἀκούσαντες ἐθρήνουν σφοδρῶς*' alterum ut uidetur addit prov.: *ὅθεν καὶ*[77]) *παροιμία* ‚*τὸ ἐπὶ Ἀννακοῦ κλαύσειν*' *ἐπὶ τῶν λίαν οἰκτιζομένων*. Hoc quidem modo coniungi posse uidetur Stephani narratio cum cod. Zenobiano P, qui easdem duas explicandi rationes seruauit: neque opus uidetur priori illi enuntiato, quod e Stephani uerbis seiunxi, suum quoque lemma praefigere, dummodo concedas, Zenobium demum in provv. excerpendis (cf. *Ἀβυδ. ἐπιφ.*) Nannaci antiquitatem praeualere putasse ideoque praescripsisse *τὰ ἀπὸ Ναvv.*, unde et cod. P et B[78]) sua deriuauerunt.

Restat uox *Τένεδος* (p. 615 sq.), qua tria provv. continentur *Τενέδιος αὐλητής*, *Τ. πέλεκυς*, *Τ. ξυνήγορος*. Arctissime omnia inter sese cohaerere ipsae interpretationes euincunt. Legas nunc quod Zen. VI, 9 (= M I, μξ' cod. B contractius) tradidit, et concedes inesse fabellas illas, quas Ste-

77) καὶ = praeterea. cf. s. v. Ἄβυδος.

78) Suidas s. v. Νάννακος et τὰ Ναννάκου κλαύσομαι codices Zenobianos sequi uidetur.

phanus nouit et de *Τεν. αὐλητής*, etsi ipse tibicen nusquam alias reperitur, et *T. πέλεκυς*, licet ualde contractas; tertium illud '*T. συνήγορος*' iam e Stephani uerbis adparet idem esse ac quod praecedit. — Persequamur nunc fata horum provv. qualia sint apud ceteros paroemiographos, quae optime intellegentur, siquidem e Stephano proficiscimur eiusque tamen uerba primitus aliquanto ampliora tibi fingis. Tum causam inuenies, cur a Photio[79]) ad uoces *Τενέδιος ἄνθρωπος*, *T. ξυνήγορος*, *T. πέλεκυς* eaedem ubique explicationes adponantur quae omnes deriuantur e Stephani auctore. Eidem fonti sese adplicuisse uidetur Diogen. VIII, 58 itemque Hesychius, quippe qui poëtae cuiusdam uersum non de suo adiecisse uideatur. Fabula quae de Tenne ferebatur, nimis nota fuit, quam ut eam, quam tradit Eustath. 33, 22[80]) eisdem nominibus atque apud Photium exornatam, fonti eius Pausaniae adscribam. — Sed siue Pausanias siue alius quis fuit, utique inter Lucillum (apud Stephanum) et Photium auctorem interpositum agnosces.

Sic satis demonstraui prouerbia quae apud Stephanum aut nuda prostant aut etiam nunc rationibus additis auctori cuidam deberi, unde etiam totus pendeat Zenobius (et Pausanias), quem duos tantum provv. auctores nosse ex titulo praefixo constat. Utrum equidem praeferam, nullum est dubium, quia iam sola ratione ductus Lucillum libri Zenobiani solum auctorem fuisse posui atque nunc in uno quidem prov. Tarrhaei uerba ceterorum scriptorum sententias amplecti ac concludere uidentur (*Δωδ. χαλκ.*). Confirmat denique meam ratiocinationem hoc indicium, quod Herennius Philo Byblius Tarhaei cum libros provv. tres ita cognouisse uidetur, ut eos optimos esse iudicare potuerit, tum prooemium eorum reuera in librum quendam suum recepit et a libro Philonis urbium

---

79) quem Suidas describit s. v. Τεν. ἄνθρωπος et T. πέλεκυς, dum antea s. v. Τεν. ἄνθρωπος Zenobium nostrum compilat.

80) Certo contenderim nomen sororis Λευκοθέα corruptum esse ex Ἡμιθέα propter insulae nomen quod antecedit, Λευκόφρυς. (Ἡμιθέα in Photii titulo inuenitur.)

nomina historiolis quibuslibet, et aliis et prouerbiis, exornare minime alienum fuit.

B. De scholiis Platonicis.

Similiter atque in Stephani libro progredi licet in scholiis Platonicis, quorum in mole alterum e Tarrhaei provv. ingens frustulum seruatum reperimus (p. 396 Bekk.).

Bona fortuna accidit, ut nunc denique ‚de Platonis scholiorum fontibus' dissertatio prodierit scripta a Thom. Mettauer (Turici 1880), qua scholiorum farraginis longe maxima pars ad auctores suos, Proclum imprimis et Olympiodorum probabiliter plerumque relata est. Sed id quod semper si noua intactaque adhuc terra aditur fieri solet, restant de quibus iudicium aut omnino ferri nondum potuerit aut adcuratius sit ferendum. Ac sic de una re iam supra dictum est (adn. 61), nunc alteram tangere mihi propositum est. Capite IX (pag. 105—111) agit Mettauer ‚de prouerbiorum fontibus'. Mirum uideatur de scholiis Platonicis loqui tamquam essent unius uiri opus uel ex eisdem in singulis rebus fontibus compilata.

Sic de scholiis quae philosophiam Platonicam adtinent dicere non licet, id quod optime Mettauer comprobauit. Constat autem certo tempore unum uirum commentarios uarios compilasse ac nostra scholia conscripsisse. Hic praeter philosophiam animum admouit etiam cum geographicis et biographicis rebus e. g. tum prouerbiis. Velut in illis Niesius et Mettauer unum eundemque ubique fuisse fontem demonstrauerunt, ita in prouerbiorum fontibus indagandis non nimis audacter et temere progredi uidebitur, qui eosdem ubique uel eundem fontem adhibitum esse posse suspicetur. Minime uero ignoro dubitationi saepius dari posse locum, scio dubitari de nonnullis rebus, quas ex prouerbiorum in scholiis Plat. cum aliis provv. adfinitate conligere uolo, sed proferam cogitata mea ac spero certiora quidem fundamenta huic quaestioni me parasse quam eos qui adhuc hac in re desudauerunt. Redeo ad Mettauerum. Recte statim contra Naberi sententiam agere coepit finibusque angustioribus eius opinionem circumscribit. Naberus

enim p. 67: „ac primum, inquit, uide Boëthum imprimis magna cum diligentia interpretatum fuisse prouerbia quibus Plato utitur, de qua re Schneidewinus iam monuit in Praefatione Paroemiographorum.“ Sed Schneidewinus nondum de Boëtho cogitauerat, quem Naberus demum propter crebrum inter Photium scholiaque Platonis consensum detexisse sibi uidetur. Quam ob rem et Boëthi libros ex eisque maxime prouerbia diligenter adhibuisse Scholiastam opinatur; quare fieri ut ex scholiis Boëthum, magnam partem, in hac quidem re reficere possimus. At hanc quidem quaestionem breuiore manu confecit Naberus quam ut probabilitatis speciem prae se ferat. Demonstrauit iam Mettauerus multa restare prouerbia, quorum explicationes ad alios auctores referendae essent, primum ad Neoplatonicos, uelut

ad Proclum 1) ‚μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς ..... ὥς ὁ μέγας Πρόκλος φησί' (p. 401 B) Mettauer p. 33. — Ne prior quidem explicatio nos tangit, quoniam Mettauer p. 37 ‚alius cuiusdam philosophi Neoplat. totum dialogum interpretati commentario continuo tribuit omnes glossas, quae ita cum Procli glossis coniunctae sunt ut illae priore loco, hae autem secundo positae sint.' 2) ‚ὁ μῦθος ἐσώθη' (p. 422 B) quem locum ad uerbum descriptum uide in Spicil. Rom. VIII cap. 57: uide Mett. p. 33. 3) ‚ὅλῳ καὶ παντὶ διαφέρειν' (p. 458 B), cuius sententia similis occurrit in Procli commentario ad Alcib. pr. (p. 217 Creuz.) uide Mett. p. 29 [81]). — Nescio cur idem prov. quod ad Rempublicam extat p. 406 B dubitet p. 37 Proclo addicere sed ignoto cuidam Neoplatonico tribuere malit. Concedo autem me de 4) ‚σὺ καὶ ἐμοὶ ἐρεῖς' dubitare utrum e Proclo an non potius ex altero commentatore fluxerit (pag. 417 B) uide Mett. p. 37. — Ueri simile reddidit Mettauerus in disputatione, qua Scholia ad Gorgiam scripta tractat, p. 19—24 prov. 5) ‚πολέμου καὶ μάχης μεταλαγχάνειν' (p. 337 B) quia plenius exhibetur quam ab Olympiodoro (p. 8 Iahn.)

81) Praeteruidit p. 387 B(ekker). τὴν ἀνδραποδώδη τρίχα .... cl. Olymp. (a Ruhnkenio ad Timaeum p. 28 enotatum), dum cod. Zenob. B 113 ad Diog. I, 73 una cum Eustathio p. 79, 8 Pausaniam fortasse prodit. (Suidas II e cod. B.)

Proclo esse tribuendum eademque de causa 6) ‚ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται' (p. 338 B) de quibus uide Mett.

ad Hermiam: ‚εἰς τὰς ὁμοίας λαβάς' (p. 313 B) e commentario eius ad Phaedrum scripto (p. 82 med. Ast.). — Sed recte eadem pag. 25 dubitauit prov. ‚γλυκὺς ἀγκών' (ad Phaedrum p. 316 B) eidem Hermiae, licet partem tantummodo, adscribere: „mihi quidem, inquit hoc scholion consutum esse uidetur ex Hermia (p. 176 med.) qui conuenit cum uerbis ἐπὶ τῶν κατειρωνευομένων usque ad δυσχερές (omittit ἐν τῇ Μεμφίδι —) et ex paroemiographi Coisl. explicatione (exscripti et a Leutschio p. 486 et a Bernhardyo ad Suidam)."

Opus erit fusius de hoc prov. disputare et sic hanc disputationis de scholiis Platonicis partem initiare. Concessit Mettauerus (p. 106) Nabero qui primus hoc detexit, sane in Photii lexici reperiri Boëthi interpretis Platonici uestigia, et alia provv. Photii Boëtho tribui et ‚καὶ τὸ τοῦ λύκου· φασὶ λύκον ἰδόντα τὸν ποιμένα ἢ καὶ κύνα τῶν ποιμενικῶν πρόβατον ἐσθίοντα εἰπεῖν· ‚ἐγὼ τοῦτ' εἰ ἐποίουν, πόση κραυγὴ ἐγίνετο', quocum loco e Boëtho sumpto concinit plane schol. Plat. ad Phaedrum p. 318 B[82]): ‚λύκου ῥήματα, ἐπὶ τοῦ καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικοῦντος. ἰδὼν γὰρ λύκος ποιμένα ἐσθίοντα προβάτεια εἶπεν· ‚ἡλίκος ἂν ἤρθη θόρυβος εἰ ἐγὼ ταῦτ' ἐποίουν;' (ἐμνήσθη ταύτης ἐνταῦθα Πλάτων)'. Sequitur igitur aut e Boëtho aut e Scholiis Platon. sumpsisse cod. Coisl. 326 (in App. III, 77) ‚Λύκου ῥήματα· ἐπὶ τοῦ καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικοῦντος'. Neque aliter res sese habet inter cod. C. 121 (App. II, 5) et schol. Plat. in Charmidem 324 et App. II, 60 cl. schol. Plat. in Lachetem 𝔄 322 (cf. Suidam = Phot.?). Vertamus nunc iterum ad prov. γλυκὺς ἀγκών.

Concinunt Suidas s. v. et cod. Coisl. in eo quod uterque summum pondus ponit in hac explicatione ‚ἐπὶ τῶν εὐθυμούν-

82) = Greg. Cyp. L. II, 66. Quanta opera in paroemiographis discernendis nos maneat, docet, quod ex his scholiis (aut Boëtho?) Gregorii Cyp. cod. L fine singularum litterarum, ut uidetur, interpolatus est indidemque hausit Macarius, qui etsi hoc loco lemma tantum recepit, aliis multis cum scholiis cohaeret (scholl. p. 324. 326. 374. 381. 396. 456 B. e. g.).

των κτλ.' Cod. C adnectit plenam quoque alteram explicationem, quae sola in cod. Mill. II, *ϱβ'* extat, dum Suidas primis quidem uerbis ‚*Γλυκὺς ἀγκών· οὐ κατ' ἐναντίωσιν ἀλλὰ* ....' significat sibi alteram interpretationem non fuisse ignotam. Fons igitur est communis. Suidae uerba, siquidem ea per Photium migrasse uerisimile concedis, ex Pausania repeti dici non possunt, quia Eustathius (791, 15) eius sententiam prorsus aliam, sc. cum Zenobio cohaerentem praebet ‚*παϱοιμία γοῦν τις ἀγκῶνα γλυκὺν λέγει ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Νεῖλον ἀγκῶνος. ἐκεῖνος δὲ γλυκὺς κατ' εὐφημισμόν. μακϱὸς γάϱ ἐστι καὶ ἐϱγώδης. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Πλάτων ἐν Φαίδϱῳ. ὥστε τὸ* ‚*γλυκὺς ἀγκὼν' παϱοιμιωδῶς μοχθηϱίαν τόπου ὑποδηλοῖ;* quamobrem restat Boëthus, quantum quidem e probabilitate colligi licet.

Superest ut de scholio Plat. iudicemus. Boëtho refragor, quia eum uidimus praetulisse blanditiarum explicationem huic alteri e natura sumptae. Mettauero autem non adsentior, quia talis conglutinatio sane mira esset, ut et Hermiae uerba supplerentur et ex aliquo cod. altera pars explicationis sumeretur. Sin probabitur in scholiis quoque Zenobii ipsum fontem usurpatum esse, hic quoque uelim eundem agnosci:

Schol. Plat.	Mill.[88]) II, ρβ'.
γλ. ἀγκών· ἐπὶ τῶν κατειρωνευομένων. τόπος δέ ἐστιν ἐν τῇ Μεμφίδι Ἀγκὼν προςαγορευόμενος ὑπὸ τῶν πλεόντων, κατ' ἀντίφρασιν ἴσως, διὰ τὸ δυσχερές. ἔνιοι δὲ τάττουσιν αὐτὴν ἐπὶ τῶν εὐθυμούντων, παρόσον τὸν ἀγκῶνα οἱ εὐφραινόμενοι τιθέασιν.	γλ. ἀγκών. Ταύτης μέμνηται Πλάτων ἐν Φαίδρῳ. φασὶν ὅτι μέρος ἐστὶ τοῦ Νείλου δύσπλουν πάνυ καὶ καμάτους παρέχον τοῖς πλέουσι. κατ' εὐφημισμὸν δὲ ἡ π. εἴρηται.

Scholio si pleniorem auctoris Zenobiani prov. condicionem concedimus, Pausanias Eustathii auctor eum compilauit (nescimus an utramque explicationem compilauerit, cum Eustathio

---

88) Zen. II, 92 P perbene comprobat Schneidewini obseruationem eximiam (p. XVIII) ‚Illud uniuerse tenebis, Epitomatorum nostrorum manus indoctiores locos scriptorum maxime inducere solitos fuisse, quippe qui amplo apparatu doctrinae haud aegre carerent': Cf. enim Plat. Phaedr. p. 257 D.

res esset de locis a corporis partibus appellatis, Boëthus item, ita uero ut alteram interpretationem priori praeposuerit. Iuuaret plura de Hesychii fontibus scire, qui etsi initio cum nostro Zenobio conuenit tum Clearchi nomen introducit, auctoris nostris paroemiographis minime ignoti. Quin etiam demonstrari potest prov. Mill. ϟβ' conlection. III (= Plut. I, 61) Clearchi uerba, quibus de γλυκὺς ἀγκών [84]) egerit, Zenobii auctoribus praesto fuisse, si confers Athen. p. 540.

Quod uero, si hoc modo rem digerimus, accidit ut Hermias eodem fonte ac stoicus ille usus sit, quid miramur? Nonne poterant in talibus rebus eidem ab utroque fontes adhiberi? Idem fortasse statuere licebit de Hermia p. 90 cl. schol. Plat. in Phaedrum p. 314 B ‚ὀστράκου περιστροφή', quod recte Mettauerus propter uerborum discrimen Hermiae abiudicat (p. 25), etsi res eadem est et sine dubio ex eo libro fluxit, quem Eustathius (p. 1161, 35) de eadem re compilauit, sc. e libro Suetoniano περὶ παιδιῶν graece scripto [85]). Cuius

---

84) Extant apud Athenaeum p. 540, qui exscriptus est ab Eustathio p. 1082, 35 postquam antea scholia Homerica (L. ad Π, 702) compilata sunt: his Xanthi Lydi historiae ita narrantur, ut Clearchus eis usus esse uideatur.

85) similiter res sese habet in scholiorum ad Theaet. p. 358 B, ubi cod. 𝔄 explanate, B breuissime et falso (sc. ἐπὶ . . τῶν τὸν νικηθέντα εἰς ὄνον καθιζόντων) de pila disserit (cl. Eust. 1601, 30—40). Idem liber adcuratissime adhibitus est a schol. in Lysin Bekkeri 𝔄 p. 320, quem locum e schol. B p. 451 (ad Legum l. V) et 453 (ad Legum l. VII) suppletum eundem inuenis apud Eustath. 1397, 34 et 1289, 53. — Fresenius p. 49 libri ‚de Λέξεων Aristoph. et Sueton.' scholia Platon. non adnotauit. — C. Robert ‚griech. kinderspiele auf vasen': Archaeol. Ztg. 1879 scholiastam Plat. Suetoni librum nouisse contendit. Prorsus aliam uiam ingreditur Leopold Cohn in libro ‚de Aristophane Byz. et Suetonio Tranquillo Eustathii auctoribus' scripto qui Suetonium Diogenianum Pollucem Boëthum ab eodem auctore Pamphilo pendere contendere non dubitat (p. 356); quid autem de ipsius Boëthi et Schol. Plat. adfinitate sentiat adparet p. 344 adn. 123 ‚Boëthum philosophum Stoicum et grammaticum principem fuisse auctorem scholiastae Platonis eundemque a Photio haud raro adhiberi demonstrauit Naber. Boëthus autem cum alios tum praecipue Pamphilum auctorem secutus est; passim etiam Diogeniani Περιεργοπένητας inspexit, unde quater Diogenianus a schol. Plat. laudatur; falso enim Naber statuit Boëthum Diogeniani mentiones debere Aelio Dionysio.' Ni-

scholii historiam persequentes summis difficultatibus implicamur. Quod enim legis p. 413 B ad Rempubl. VII l. ‚ὄστρ. π.' παροιμία ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων λεγομένη. ἔστι δὲ καὶ ὄνομα παιδιᾶς. Ἄλλως. ἐπὶ τῶν διὰ τάχους εἰς φυγὴν ὁρμώντων ἢ ἐπὶ τῶν εὐμεταβόλων, utramque explicationem secundum Mettaueri normam supra laudatam Neoplatonicis adtribuere deberemus, priorem Anonymo, alteram Proclo. Tamen priorem praebet Photius (= Suidas), sine dubio e Platonis interprete, Boëtho sumpta. Eundem spectat iterum cod. Coisl. 380 (exscriptus ad Diog. VI, 95) qui recepit haec: παροιμία ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων λεγομένη· εἴρηται δὲ ἀπὸ παιδιᾶς τοιαύτης: sequitur accurata huius ludi descriptio, quam cum scholio comparatam legas apud Leutschium (ad Diog. l. l.): elucet fontem communem accipiendum esse atque ego Boëthum dico, etsi schol. Plat. 314 incipit ‚ἐπὶ τῶν διὰ τάχους εἰς φυγὴν ὁρμώντων' ac tum demum εἴρηται δὲ ....

Nonnulla igitur prouerbia iam confecimus. Sed ne in ceteris quidem Naberi sententiam stare posse satis probauit Mettauerus, etsi alii iterum uitio incidit hic v. d. Iam Schneidewinus p. XV ita quidem iudicauerat: „.. Scholiorum Platon. ea est utilitas, ut si ea cum nostris Paroemiographis contenderis, manifesto adpareat, a qua abundantia eruditionis et luxuriae in quas illi angustias temporum hominumque iniuriis sint delapsi" eo autem temeritatis inductus est p. XVIII ut ‚quaecunque provv. in scholiis Platon. extarent in Zenobianis et reliquis conlectionibus desiderata, ea omnia arbitraretur ex iisdem Tarrhaei Didymique libris ducta esse.' Ne Mettauerus quidem certam de Zenobio eiusque fontibus opinionem sibi finxit, sed e scholiorum provv., siue cum Zenob. cod. P siue cum BV congruebant siue nulla similitudo intercedere uidebatur sed ad integriorem Zenobii conlectionem licet non tra-

---

mis eum Nabero confisum esse luculenter probauit Mettauerus l. l. — Ceterum gaudeo Cohnium quoque his locis Boëthum supposuisse auctorem; nec contradico de Zen. IV, 58 cl. Eustath. 1669, 44 (una cum cod. Miller.), etsi adnotationem 137 opinione ei de libris Zenobianis ficta niti et cadere, itemque disputationem de Ἀκκώ (p. 351) infra uidebimus. Aliis locis Zenobium ideo adfert ut doctrinam Alexandrinorum subesse comprobet.

ditam recurrendum erat, concludit p. 109 ‚provv. in scholiis explicata magnam partem aut e libris Didymi et Tarrhaei fluxisse neque Boëtho deberi — aut ex lexicis quidem stoici hausta esse, Photium autem alios quosdam esse secutum (sequ. exempla).'

Nos fundamentum aliquanto certius substruximus, cum ex conlectionibus Zenobianis codicum PBV multa provv. uero Zenobio i. e. eius fontibus abiudicauerimus, quin etiam adhuc posuerimus ipsius Zenobii libros codice Milleri contineri. Atque de prouerbiorum numero perstabo in hac sententia quam uehementissime nec contra pugnabunt prouerbia Platonica.

Proposui mihi haec comparare cum eis quae consentientibus omnibus codicibus Zenobio tribuenda sunt. Accedamus igitur tandem ad proximum scholiorum in Phaedrum prov. p. 317 B: ‚Ὄνου σκιά' ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων. φασὶ δὲ εἰλκύσθαι τὴν παροιμίαν ἀπὸ τοῦ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι συμβάντος. δίκην γάρ ποτε ὥς φησι Ἀριστείδης . . . . sequitur longa historiola, quam eandem continet Zen. VI, 28 [86]) (Mill. I, ξθ') usque ad uerba Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι Ἀθήνηθεν εἰς Δελφοὺς . . . quae reuera in cod. M desunt. His abscissis nihil habemus, quod nos Didymeae sententiae admoneat, quippe qui primus animaduertisse dicatur ab Harpocr. 151, 11 B τὴν ‚περὶ ὄνου σκιᾶς' παροιμίαν παραπεποιῆσθαι ὑπὸ τοῦ ῥήτορος (sc. Demosthene) λέγοντος ‚περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς', λέγεσθαι δ' αὐτὴν ἐπὶ τοῖς περὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων μαχομένοις, quam explicationem tantummodo Demosthenica uerba spectare uidebit quicunque Dem. de pace fin. legit. Non puto ipsum Didymum hinc stultissimam illam historiae mutationem deflexisse de uiatore Delphos, non Megara proficiscente: iusto uereque illius uerba referuntur in Photi v. (ὄνου σκιά = Suidas), quam non est cur a lexico rhetorico secernamus: Pausanias igitur ipsum fontem adiit. Ex his Pausaniae fortasse uerbis

86) ex aliquo cod. Zenob. exscriptum esse a Scholiasta Aristoph. ad Vesp. 191 uerba paene congrua ac Scholiastae Aristophanei consuetudo probant. (Schneidewini adnotatio ad Zen. VI, 28 de duabus diuersis narrationibus cadit, ut saepius, quia alteram ab Aldo Manutio per Musurum esse intrusam iamdudum constat).

Zenobio addita sunt quae in cod. P solo legis de Archippi comoedia itemque inde male hausta, quae in utroque cod. BP adfixa sunt Aristidis uerbis ‚Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ὅτι Ἀθήνηθεν εἰς Δελφοὺς τὸν ὄνον ἐμισθώσατο [P. pergit: ὅθεν, φασὶ, καὶ αὐτὸς ὁ Δημοσθένης περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς φησὶ καὶ ὁ Πλάτων δὲ καὶ ἄλλοι πολλοί (?)]. — Consulto uidetur Diogenianus [87]) ueram fabulam immutasse, cum et ipse VII, 1 et qui ab eius copiis pendere uidentur B 709. V. C. (in App. IV, 26) fabulam de uiatore Delphos peregrinante referant. — Quod nunc Zen. VI, 28 = M et schol. Plat. adtinet, uide Menandri fieri memoriam Aristidisque adcuratissime uerba repeti aeque ac factum erat a Tarrhaeo de Δωδωναῖον χαλκίον (in Steph. B. v. Δωδώνη).

Multum excellere uidemus schol. in Phaedrum p. 319 B ‚Κοινὰ τὰ τῶν φίλων', Timaei, Aristotelis, Clearchi, Menandri testimoniis exornatum Zenobio IV, 79 [88]) = Mill. II, ϟγ', sed eiusdem utrumque prov. esse originis dubium non esse potest.

E Pausania interpolatum esse archetypum codd. BP iam Leutschius adnotauit ad Zen. III, 59 quia plane congruunt

Zen. III, 59.	Eustath. 368, 41.
‚Ἐν Καρὶ τ. κ.' ἐπὶ τῶν ἐν εὐτελέσι τὰς πείρας ποιουμένων. Κᾶρες γὰρ ἐμισθοφόρησαν πρῶτοι. Cod. B solummodo praebet ἐπὶ τῶν εὐτελῶν.	ὅτι παροιμία παρὰ Παυσανίᾳ φέρεται ἐπὶ τῶν ἐν εὐτελέσι τὰς πείρας ποιουμένων τὸ ‚ἐν Καρὶ τὸν κίνδυνον'. ἐπεὶ Κᾶρες, φησὶ, πρῶτοι ἐμισθοφόρησαν.

Ceterum cod. P postquam etiam uerba Ἄλλοι τὴν παροιμίαν τιθέασι ἐπὶ τῶν εὐκαταφρονήτων, quae P in initio, B in fine habet, reiecimus, et B plane congruunt cum M I, ζ'. Multo auctius extat autem prov. in schol. Plat. in Lachetem 322 B, etsi adfinitatem clamant uerba Κᾶρες γὰρ δοκοῦσι πρῶτοι μισθοφορῆσαι, ὅθεν καὶ εἰς πόλεμον αὐτοὺς προέταττον. Suidas s. v. item bonam quandam traditionem seruat, quippe

87) Item Suidas s. v. ‚Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς' eandem atque Zen. VI, 28 fabulam complectitur, intruso autem Delphorum nomine, loco Megarorum. Quod addit ‚οὕτω καθαψάμενος τῶν κριτῶν τὸν κατηγορούμενον περιέσωσε' facile de suo addere potuit.

88) Suidas s. v. et nostri Zenobii et Photii, cuius auctorem Naberus esse vult Boëthum, easdem explicationes duas exscripsit et iuxta posuit.

qui cum schol. Plat. communem habeat explicationem *ἐπὶ τῶν ἐν ἀλλοτρίοις κινδυνευόντων.* — Hesychius ut solet nostrum Zenob. cod. P compilat.

Ipsius codicis P temeritatem deprehendimus in Zen. III, 65, ubi iste solus inde a uerbo *ὥς εἴ τις μανθάνων* e. q. s. omnia exhibet, quae etsi Dicaearchi e. g. testimonium continent, tamen dubitare debemus, num e genuino Zenobio prodierint, quia in prov. Plut. II, 12 (etsi contractum uidetur more solito e Mill. III, *ρνβ'*) haec sola uerba audiuntur *'Εν πίθῳ τὴν κεραμείαν μανθάνειν': ἐπὶ τῶν παριέντων τὰς πρώτας μαθήσεις καὶ ἁπτομένων τῶν τελευταίων*[89]). Nec plura recepit Diog. IV, 44, dum cod. K (i. e. Greg. Cyp., quod supra adnotaui) quod praeter haec habet fortasse e cod. P ipso sumpsit (cf. e. g. ad Diog. VIII, 5). Eandem denique breuem prov. explicationem ostendit etiam schol. Plat. in Lachetem 322, 21 B adiectis paucis scriptorum testimoniis[90]).

Quam in rem omnino diligentissime inquisiuisse uidetur auctor communis, ueluti etiam in schol. Plat. in Gorgiam p. 353 B, quod et scriptorum testimonia exhibet et cetera paullo adcuratiora, dum exile est prov. Zen. I, 53 (= Mill. III, ϟϛ' = Plut. I, 65).

Photium minus congruere cum scholiasta quam Zenobium Mettauerus demonstrat etiam (pag. 107) de *Λευκὴ στάθμη* Zen. IV, 49 (Mill. III, ξϛ' = Plut. I, 39) cl. schol. Plat. in Charmidem p. 323 B, qui tamen scholiasta et ampliora praebet et ipsos uersus Sophoclis exscribit. De eodem prov., quale sit apud ceteros paroemiographos, disputat Mettauerus p. 110. Nullum potest esse dubium, quin Photius[91]) s. v. alterum utrum secutus sit, aut Ael. Dionys. (Eustath. 1531, 63) aut Pausaniam (Eust. 1022 fin.) si confers

---

89) Unde Suidas de suo aliqua uerba compegit.

90) Schneidewinus p. XVI scholio adscribit ‚Haec Tarrhaei sunt, opinor: quibus a se excerptis alia assuit Zenobius aliunde petita'. Sensit rectum, sed nullam habuit causam; ceterum de Zenobii opera nimis liberaliter cogitauit, quia alium Zenobium sibi finxerat secundum codd. BP quam nos.

91) Suidas huius et Zenobii uerba coniunxit.

Photius.	Eustath.
λ. στ. ἐπὶ τῶν ἄδηλα ἀδήλοις σημειουμένων ἢ ἐπὶ τῶν μηδὲν συνιέντων. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι (duo uersus)	. . λ. στ. ἀντὶ τοῦ ἄδηλος σταθμὸς κατὰ Παυσανίαν. οὐ γὰρ ἀκριβῶς διαφαίνει ὀρθότητα ἡ λευκὴ στάθμη. διὸ κεῖσθαι ἡ παροιμία λέγεται ἐπὶ τῶν ἄδηλα — συνιέντων οἷον (duo uersus)

Schol. in Theaet. p. 359 B concinit plane cum prov. ‚*τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν*' quod est in codd. Zenob. BV (a Leutschio ad Diog. VIII, 36 adscriptum) M II, α' (in P autem omissum).

Cod. B 363 (= V) adscriptus ad cod. Coisl. 215 (in App. II, 85) prorsus fere conuenit cum Mill. I, λδ' (qui omisit explicationem in fine B positam), cod. autem C eundem fontem spectans multo plura recepit. Scholion Plat. in Theaet. p. 366 infr. huc refero etsi sola haec uerba continet ‚*Μυσῶν ἔσχατος ἐπὶ τῶν εὐτελεστάτων. Μάγνης Ποαστρίᾳ ‚οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, οὐδ' ὁ Μυσῶν ἔσχατος' καὶ Μένανδρος*[92]) . . . . *'Ανδρογύνῳ ‚Μυσῶν ἔσχατος πολέμιος*' propter solum Menandri testimonium. explicatio fieri potuit ut e longiore fabula sumeretur, quia Mysorum regnum capessere nullis difficultatibus erat impeditus Telephus. — Ceterum coadunatam praebet Photius (= Suidas) hanc fabulam cum Demonis uerbis[93]), quae si Pausaniam audimus, necessario in Zenobii auctore alteroutro extiterunt, id quod minime a Demonis inter paroemiographos auctoritate abhorret.

Iuxta poni tantum opus est Schol. Plat. in Theaet. 367 et Zen. VI, 25 (M III, *μη*'), ut statim adfinitatem agnoscas nullo pondere posito in Scholiorum lectione meliore ‚*ὑπέρου περιτροπή*', cuius loco Zen. codd. praebent *ὑπ. ἐπιτροπή* (praeter BV *περίτροφον* = Suid., etsi B addit *γρ. ἐπίτροπον*

92) Nauckius in ‚Bullet. VIII' p. 372 errorem ab alteroutro (v. Meineke Men. 23) esse commissum putat; nonne ita utriusque uerba iungi licet, ut in schol. suppleamus tale quid: Μεν. ἐν Ἐφεσίῳ (sequuntur uersus) καὶ ἐν Ἀνδρ. . .

93) quae sola recepit Hesychius, multo ampliora extant in Scholl. Vatic. Rhesi 244, etsi equidem eius copias tantum usque ad διὰ τὸ παράδοξον εἰς παροιμίαν διὰ τοῦτο περιστῆναι φασὶν pertinere arbitror, unde scholiastae (Didymi?) uerba incipiunt. (de περιστῆναι pro προστῆναι cf. Zen. VI, 23.)

et K in App. V, 5 *περιστροφή* = Hesych.). — Photius (Suid.) et Hesychius ab eodem auctore pendent, propter eiusdem significatus prouerbia quae uterque adicit.

Pagina 367 Scholiorum (in Menonem) Platon. B legimus de Daedalo (cf. scholl. in Euthyphronem p. 328 𝔄) eadem, etsi non prov. illustrandi causa proferuntur, atque in Zen. III, 7 tradita sunt, in BC breuiter, in M I. *ιδ'* amplius, adcuratissime in P, quibuscum arcte cohaeret Suidas, dum Hesychius aliam explicandi rationem sequitur.

Sed proxima aperte cognoscitur adfinitas inter scholion in Euthydemum p. 368 B *Διὸς Κόρινθος ἐπὶ τῶν ἄγαν μὲν ὑπερσεμνυνομένων, κακῶς δὲ καὶ πονηρῶς ἀπαλλαττόντων* e. q. s. (Demonis sunt haec cl. schol. Pind. Nem. VII fin.) *ἄλλοι δὲ ἐπὶ τῶν ἐπ' οὐδενὶ τέλει ἀπειλούντων φασὶν εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν* ... e. q. s. et Mill. I, *ξϛ'* qui utramque explicationem licet breuius atque ordine inuerso exhibet, aeque ac tradit Zenobius (III, 21) noster[94]) interpolatus Milleri priorem, scholiastae alteram solummodo, nisi quod de suo mutat explicationem ita *ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ λεγόντων καὶ πραττόντων* siue in BV: *ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ πολλάκις ἀνακυκλούντων* (i. e. frustra minantium)[95]). — De Photii (= Suidas *ὁ Διὸς Κ.*') uerbis *ἐπὶ τῶν πάλαι μὲν εὐπραγησάντων, ὕστερον δ' οὐ καλῶς ἀπαλλαξάντων*' Mettauerus, qui nisi contra Leutschium adfinitatem inter Scholl. et Zenobianos codd. intercedere nihil omnino euincere studet, nil profert: at manifestum est, hanc explicationem concinere cum Scholii priore, M codicis altera.

Schol. Plat. in Cratylum p. 370 B *ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς*' in cod. Bekkeri aliter explicatur atque in 𝔄 = O(Hermanni) ad Cratylum 413 A. Multus est scholiasta, in ea tantum re a Zen. VI, 23 (= M II, *οδ'*; adcuratius etiam codd. BV quinque illos praeter quinquaginta pedes recte addunt) differens, ut de disco omittat quidquam commemo-

94) Suidas conuenit s. v. Διὸς Κορ. cum codd. BV. — Scholia ad Arist. Ran. 439 Dind. quattuor interpretandi rationes perlustrant, quarum prima respondet scholio alteri, tertia priori, secunda e Pindaro (etiam Scholio fine addito) hausta est; quarta nouam de Corcyraeis fabulam narrat.

95) quae sequuntur, ex eadem Demonis historiola fluxerunt.

rare. Et in illa re et in hac bene instructus est Photius (= Suid.)[96], quem ex eodem fonte manasse adparet neque in hoc prov. haberem, cur Platonis quendam interpretem non agnoscerem, Boëthum, quia Cratyli dialogi mentio fit, nisi Photii et Eustathii (p. 1591, 53) tantus esset consensus, ut cum Mettauero (p. 111) contra Naberum (p. 67) Pausanias praeferendus esset. Cum uero Pausanias ad eosdem fontes ac scholia et Zenobius referendus uideatur, uideamus, num grauiora discrimina hunc conexum prohibeant. Non uideo. Soli enim scholiastae culpam imponemus, quod discum omiserit: et codd. Zenobiani et Photius-Eustathius de hac re narrant, utrique ex epigrammate (BV: *εἰς ὃν ἐπεγέγραπτο᾽ . .*), quod idem scholiasta quoque in animo habuisse censendus est, etsi narrat ab concurrentibus uersus esse oriundos. *Σκάμματα* ab omnibus commemorantur, quamquam scholiasta *ὀρύγματα τάφρων* eis substituit: causae igitur Mettaueri nihili sunt, quibus grauius discrimen inter Pausaniam et Zenobium-Scholiastam statuere vult: fons utique communis est.

Schol. Plat. in Sophistam p. 372 B de uentriloquis duas profert sententias, priorem sane grammaticam, quam persuasum habeo e lexico quodam[97] esse genitam, alteram prorsus congruam cum cod. Coisl., adscripto ad Plut. II, 22 (M III, ϙξγ') in angustissimum redactum, qui aeque ac ad Plut. I, 60 solus prov. ut fuit quondam retinuit.

Schol. Plat. in Sympos. p. 373 B et Zen. II, 19[98] (Mill. I, ιε') sese supplent alter alterum, dum Diog. I, 60 = Zen. II, 46 Suidae respondet s. v. *Ἀκλητί* (quod solum breuiter memorat Eustath. 1148, 35).

Scholion in Sympos. p. 376 B. de Codro disserens iamiam iterum nobis imaginem depingit scholiorum, qualia primitus lecta sint a Zenobio in auctoribus. Continet quidem Zen.

---

96) Suid. s. v. altera Ὑπὲρ τ. ἐ. e Zen. nostro fluxit, praebet ὁ Πόντιος. — Tertia uox eadem noui aliquid profert, sed deest in cod. Par. A.

97) cf. Suid. et Hesych. s. v. ἐγγαστρίμυθος (inde fortasse etiam exilis illa glossa Suidae Εὐρυκλῆς fluxit): licetne igitur Boëthum suspicari?

98) Ἡράκλειτος pro Βακχυλίδης intrusum est e sequente uoce Ἡρακλῆς.

IV, 3 (M II, ϛ') narrationem (Hellanici?), quantum quidem ad certamen Melanthi et Xanthii pertinet, et Demonis[99]) de Codro historiolam licet breuiter compositas ac praefigit lemma idem quod in scholio legimus (in cod. P forte omissum) ἐπὶ τῶν πάνυ εὐγενῶν, sed non seruauit generum heroumque tabulam cuius summam Diogen. IV, 84[100]) his tantum uerbis concipit ‚ἀπὸ γὰρ Δευκαλίωνος ἦν'. Perinde atque hic Zenobii auctorem[101]) compilat.

Schol. p. 378 B. melius quam Zenob. II, 14[102]) (M III, κα') de prov. quod ferebatur ‚Ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει', sed eadem ratione agit.

Multa scitu perdigna rursus solus nobis tradit Schol. in Phaedonem p. 380 de prov. ‚Οὐδὲ Ἡρακλῆς πρὸς δύο' triplici ratione exposito, et id quod etiam maioris est momenti, recto ordine constituta, dum Zenob. V, 49 (etiam breuius Mill. I, ε') duas causas male confundit. Traditur enim a scholiasta in uarium modum prov. originem narrari, aut quia Hercules in certamine Olympiaco ab ipso instituto deuictus esse dicitur ab Elate (? Λάϊος omnes codd. Zenob. Ἐλαϊος codd. Plat. B Ξ) et Pherandro (hucusque recepit Zenobius omnia) aut quia auctore Echephyllida Hercules a Molionibus, Euryto et Cteato, cum Augeae bellum intulisset, fugatus erat: hanc narrationem Zenobius falso ad ipsum illud certamen Olympiacum rettulit[103]).

99) huic enim fabulam Codri deberi profitetur Photius (= Suid., si nomen auctoris Εὔδημος, cuius altera demum est narratio, correxerimus in Δήμων uel ὁ Δήμων).

100) quia cod. B forte nos deficit, discerni non potest, utrum haec nota e prisco Diogeniano fluxerit an ex archetypo codd. BP et Diogen. communi.

101) Refutari non opus est Mettaueri (p. 41) opinionem, ex Hellanici ipsius libris Scholion Platoni adscriptum esse.

102) Hinc Suidas pendet s. v. Ἁλιεύς. Eustathii uerba (p. 1093, 22) non nil adtinent.

103) Suidas Οὐδὲν Ἡρακλῆς πρὸς δύο e fonte codd. BV communi hausit, s. v. Οὐδὲ H. πρὸς δύο = Photius, e fonte hausit, qui recte distinxit duas fabellas, pendet igitur e Zenobii auctore, fortasse per Pausaniam. Diogen. quoque VII, 2 recte alteram prov. explicationem (Echephyllidae) tradit!

Quemadmodum igitur hic Duris suo iure Zenobii auctori committitur, non facere poterimus quin idem statuamus de Duride in Schol. Plat. in Hippiam maiorem p. 393 de ‚Βαλλ' εἰς Μακαρίαν' commemorato, ubi priore parte idem de Macaria narratur atque in codd. Zenob. II, 61 [104]) (M II, ξζ'); additur quod iterum in cod. M neglectum est: ‚αὖθις δὲ καταχρηστικῶς (om. B.H.) καὶ ἐπὶ πάσης ἀφοσιώσεως'; postremo autem narratiuncula e Duride de usu quodam Macedonum hausta scholion concludit.

Quamuis hoc loco pauca tantum uerba P (B) prae M retinuerit, tamen saepius hoc fieri potuisse nostro iure conligemus ac nunc redimus ad prov. illud, de quo iam in Stephani Byz. provv. tractandis egimus, Γλαύκου τέχνη Zen. II, 91 P = Schol. p. 381 fin. Nisi putare males et cod. P et C (et B, etsi initium modo praebet) e scholiis fluxisse, intelleges scholion in fine auctorum nominibus ornatum e fonte communi prodiisse, cum praesertim eisdem uerbis, quae Plut. II, 25 i. e. M.L. seruarunt, tamquam altera prouerbii origo adfigatur eodem errore ‚Γλαύκῳ Σαμίῳ' instructa. Quod supra non iam praeripere uolui, nunc aliorum provv. exemplis fultus contendere possum, etsi nunc patet minimam auctoris partem in Stephani librum transiisse, uidelicet quia ceteris non opus erat.

Peruenimus nunc ad alterum illud fragmentum Tarrhaei nomine indutum, cuius sententiam breuiter recepit Zen. V, 85 (M I, ξη'). Nomen istum solus adfert Schol. Plat. in Reipubl. I p. 396 B in prov. ‚Σαρδάνιος γέλως' (codd. Zenob. omnes Σαρδόνιος γ.): sed idem quod supra in Steph. Byz. uoce Δωδώνη de uerbis Tarrhaei adfixis adnotaui, cadit in hunc locum, quoniam Tarrhaei sententia omnes quae antecedunt quasi reprimuntur atque obscurantur. Explicat enim scholiasta ‚Σαρδάνιος γέλως ἐπὶ τῶν ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ σφῶν αὐτῶν γελώντων, refert dein Timaei Clitarchi Simonidis uerba quae huc spectant, adiecta fabulae cuiusdam Sophocleae mentione;

---

104) praeterquam quod in P ex Apollodoro intruditur p. 48, 12—49, 7 Schneid.

pergit ἤκουσα δὲ, φησὶν ὁ Ταῤῥαῖος, ἐγχωρίων λεγόντων ὅτι ἐν Σαρδόνι βοτάνη γίγνοιτο σελίνῳ παραπλησία e. q. s., quamobrem Homericum illud μείδησε δὲ θυμῷ Σαρδάνιον, unde fortasse prov. illud promanauerit, non possit explicari τὸν ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν χειλῶν γέλωτα καὶ μέχρι τοῦ σεσηρέναι γιγνόμενον[105]).

Cod. M haec uerba Zenobii recepit: Σαρδόνιος γέλως· μέμνηται ταύτης Ὅμηρος καὶ Πλάτων[106]). Εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ ἐκ καθαρᾶς τῆς διανοίας μηδὲ χαιρούσης γελώντων; hanc explicationem reuera fuisse in Zenobio confirmant cod. B et Diog. (VIII, 5) ἐπὶ τῶν μὴ ἐκ χαιρούσης διανοίας (ψυχῆς Diog.) γελώντων; sequitur Tarrhaei explicatio plane cum cod. B congrua, dum in P uerba tantummodo mutabantur; tum in M legimus Φιλόξενος[107]) δέ φησιν ἐνίους ἱστορεῖν ὅτι ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ ξόανόν ἐστι τοῦ Κρόνου προτεῖνον τὰς χεῖρας, ἐφ᾽ οὗ τοὺς οἰκοῦντας ἐπιτιθέναι τὰ βρέφη ταῖς χερσὶ τοῦ ξοάνου καὶ ἀπογελᾶν εἶτα ἀποθνήσκειν (?) καὶ διὰ τὸ γελᾶν τοῦτο κεκλῆσθαι τὸν ἐπιθανάτιον γέλωτα.

Nisi quod pro Carthagine Sardinia insula hic legitur, eadem est fabula Clitarchi in schol. Plat. et apud Photium. Quid? quod Philoxenus hunc auctorem in libro, quo Odysseam commentatus est, laudauit ad υ, 302? — Nunc quidem aliud extat scholion ad l.l., exscriptum ab Eustathio 1893, 5, sqq., cum plenius etiam esset: exhibet enim Talois Europae custodis narrationem, tum explicationem a plantae istius natura petitam, Timaei fabulam ac claudit: ἄλλοι δὲ ἄλλως· ἄμεινον δὲ, τὸν ἐπὶ καταμωκήσει προσποίητον γέλωτα, παρὰ τὸ σεσηρέναι, ὅ ἐστιν ἀνοίγειν τὰ χείλη. Agnosce illam interpretationem, quam reicit Tarrhaeus: scholion igitur nostrum Lucil-

---

105) Sola est et solita interpretatio eorum, qui Homero interpretando operam nauabant in antiquitate.

106) Homerum memento iam a scholiasta esse memoratum. — Platonem saepissime inuenimus a Zenobii auctoribus fuisse lectitatum, quare potissimum talis auctor ad Platonem illustrandum aptus erat: cf. schol. Plat. in Reipubl. IX p. 418 B = Zen. V, 55 (M II. νϛ') unde Suidas s. v. ἴκταρ.

107) Nauckius in Bullet. p. 375 errorem esse vult!

lum antecedit; quae cum ita sint, tamen eandem ac Tarrhaeus confirmat explicationem de *σέλινος* prolatam: at uide apud Photium auctorem huius rei tradi Silenum *ἐν δ' τῶν περὶ Συρακούσας*, quem cum substitueris, concedes Tarrhaeum hanc explicationem sibi probatam nil nisi ipsius cognitione ab incolis sumpta confirmasse, quod idem fecit de *Δωδωναῖον χαλκίον*, cum Aristidis narrationem probaret. Itaque his causis moueor, ut illius scholii Hom. auctorem Didymum statuam, scholii autem Plat. Lucillum T.[108]).


Zenobium pauca tantum ex hac farragine recepisse conligo e cod. M. Nam quae in cod. P legimus (Zen. V, 85) certo puto ab interpolatore Zenobiano aliunde petita esse, e fonte quem adire adsolet, Pausania: quod nititur in consensu fabulae Simonideae[109]) apud Photium et Zenobium aperto, quae in insula Sardinia conlocetur, quamquam interpolator solito more uerba ad arbitrium mutasse uidetur; aliae quoque 'explicationes[110]) quae tentantur, concinunt cum Photii uerbis, dummodo Aeschyli uiri prorsus ignoti nomen Demoni esse substitutum aut consulto aut errore putes (cf. enim Demonis uerba in Schol. Hom. V ad Od. *υ*, 302), silentio autem codicis B non nimis confidas. Ut breuiter summam disputationis de hoc prov. initam repetam, depingo stemma auctorum:

---

108) quem Philoxeni (et Clitarchi) uerba ex huius commentario hausisse putares, quia in scholio nullum huius rei extat uestigium, et ne in Eustathii quidem libro. — Ceterum de Philoxeno comico et dithyramborum poëta, qui saepius in libris Zenobianis nominatur, omnino non spero quemquam esse cogitaturum.

109) Elucet a scriba cod. P ideo hanc narrationem in fine esse positam, ut commode Apollodoreum frustulum adiungeret.

110) Quarta ista, Ἄλλοι δὲ τὸν καθ' ὑπόκρισιν γέλωτα Σαρδόνιον καλεῖσθαι λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τοῖς ὀδοῦσιν (= Apollon. Sophist.) discrepare uideatur a Photii uerbis ultimis, etsi his Tarrhaei sententia non repetitur, potius opinio ab illo aliena memoratur.



Non multum disputare possum de: Schol. Plat. in Reipubl. I p. 395 B ‚Ἀεὶ κολοιὸς πὰρ κολοιὸν ἵζάνει'. cl. Zen. II, 47 (M III ϟζ' = Plut. I, 66); eadem cum explicatione commemoratur iam in schol. Hom. Il. *P*, 755 nec discrepant Diog. I, 61 nec Suidas (= Phot.? qui hoc loco mutilus est),

Schol. Plat. in Reipubl. IV p. 402 B ‚Πόλεις παίζειν' cl. Zen. V, 67 (M III, ις' = Plut. I, 14) quem compilat Hesychius, nec Photii exilis glossa abhorret,

Eiusdem loci schol. Plat. (p. 403 B) cl. Zen. VI, 26 (M I, ι') et Photio s. v. ‚ἵδραν τέμνειν'.

Schol. Plat. in Reipubl. VI p. 408 B ‚Διομηδεία ἀνάγκη' et Zen. III, 8 (M I, νζ') eundem testimonii errorem praebent, cum Ranas Aristophanis adferant, dum extat prov. in Aristoph. Eccles. 1021. Uberiorem prouerbii explicationem praebuit Pausanias (in Eustathio 822, 20 = Suida, quem per Photium sua accepisse uerisimile est); Hesychii (s. v.) denique fabulae auctorum nominibus, Clearcho et Iliadis minoris auctore, instructae Wilamowitzio doctrinam paroemiographicam prodere non uidentur.

Schol. Plat. in Legum IV p. 451 ‚Δευτέρων ἀμεινόνων' paullo plura praebet quam Zen. III, 15 (M I, οθ')[111].

Ad uerbum denique congruunt Schol. Plat. in Legum l. XII, p. 460 ‚ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους' et Zen. IV, 23 PB; M II, κθ' unum ceterorum codd. enuntiatum omisit (similia prae-

111) Non sana arbitror esse uerba eius ‚ἔχονται γὰρ ἐπὶ δευτέραν (sc. μαντείαν) λέγοντες ‚Δευτέρων ἀμεινόνων'. Ceteri codd. Zen. praebent τρέπονται, scripturae traditae aptius uidetur uerbum quod Wilamowitzius vult ‚ἔρχονται'.

bent Eustathius p. 1083, 63 et Photius s. v. ἢ τρὶς . . et τρὶς ἕξ).

Haec sunt quae conferre licet e scholiis Platonicis et Zenobio Milleriano nec merito alii quoque loci his adnumerandi sunt, quibus Scholiasta conuenit cum Zenobio, qualis adhuc in libris ferebatur. Vide enim prov. ‚Χαλεπὰ τὰ καλά', ut Mettauerus p. 106 monet, bis extare, secundum diuersos auctores enarratum. Sed noli alterum locum cum Mettauero Didymo (in Cratylum p. 369 B) alterum Tarrhaeo (in Hippiam maiorem p. 394 B) tribuere; de priore iam supra dixi ac Lucillum eius auctorem statui; alter locus Zenobio VI, 38 [112]) (non extat in M.) tam gemellus est, ut etsi uerba non ubique eadem sunt, sententia tamen prorsus concinat. Auctorem uero agnosco qui in Platonis dialogis maxime fuerit uersatus: altera enim explicatio ‚οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου τὸ χαλεπὸν ἀκούουσιν' spectare uidetur Plat. Protag. p. 339 A. sq. Itaque secundum regulam illam, ubicunque Platonis loci spectarentur, Boëthum accipi posse, Boëthum sine dubio proponerem, si constaret alterum Suidae articulum a Photio hic mutilo pendere. Perinde de multis locis esset iudicandum.

Utut res sese habet, hoc perspicuum est non omnia prouerbia ex uno eodemque libro esse hausta. Res autem fit difficillima, cum accedat quod uerus Lucilli liber, qui a Zenobio misere interdum excerptus est, Scholiastae usui fuerit, id quod docemur priore prov. ‚Χαλεπὰ τὰ καλά' explicatione, atque eiusdem Lucilli frustula per alios riuos in nostrum Zenobium interpolatum migrasse cogitari possit. Hoc sane, etsi diiudicari nequit, nemo negare potest; neque enim trans Zenobium progredi licet, et quot prouerbia Lucillus praeter ea quae Zenobius recepit explicuerit, semper nos fugiet. Id quidem tenendum est, Zenobianos libros plane et integre, quod ad prouerbiorum numerum adtinet, codice M repraesentari neque ceteris codd. suppleri: unde sequitur quaecunque prouerbia etiamnunc e scholiis Plat. comparari licet cum codd. Zenob. atque inueniuntur in codd. P uel BV, non in M,

---

112) = PB 940, K IV, 90 (in App. V, 22 collocatum).

interpolata esse quauis uia (fortasse per Boëthum). Iam dixerit quispiam inde quod adhuc a scholiasta Plat. Lucillum adhibitum inuenimus, concludi posse, hunc esse auctorem etiam ceterorum provv. Sed eadem de causa ne hoc quidem diiudicari potest, nisi forte ceterorum ambitu multo minore, quam eis est quorum auctorem Lucillum statuimus, hunc eundem auctorem arceri concedes.

De uno prov. dubium mihi remansit, ubi duo postulantur auctores, quia duae feruntur in scholiis in Euthyphr. explicationes prov. ‚Ἀφ' ἑστίας' (p. 326)[113]. Explicatio quae post "Ἄλλως profertur ‚παροιμία δέ ἐστιν, μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ δρωμένων· ἢ ἀφ' ἑστίας ἤτοι ἀπὸ τῶν οἰκειοτάτων· ἑστία γὰρ ἡ οἰκία' eisdem uerbis adhibetur in Zen. I, 40 (unde Hesychius). Possumus de huius prov. historia hanc suspicionem mouere: ponas Boëthum, qui aliquo modo aut Lucillum aut Didymum adisse putandus sit, ac probabilitatem suspicioni adferet et schol. Aristoph. (Vesp. 846) et Pausaniae (?) uerba quae leguntur in Eustathii p. 1579, 45, καὶ ἑτέρα παροιμία τὸ ‚ἀφ' ἑστίας ἀρχόμενοι' ἤγουν ἐκ τῶν κρειττόνων ἢ καὶ ἐκ τῶν οἰκείων. μετῆκται δέ, φασί, ὁ λόγος ἐπὶ τῶν (l. ἀπὸ uel ἐκ) ἱερῶν· ἔθος γὰρ Ἑστίᾳ πρῶτον ἀπάρχεσθαι. Prioris autem explicationis testem suspiceris alterum Scholiastae in provv. explicandis auctorem, ipsum Lucillum.

Cetera prouerbia non lubet aeque ac supra singula enotare et comparare, sed apponam scholiastae provv. et Zenobianum interpolatorem iuxta positis aliorum quoque paroemiographorum locis, unde apparituram spero non probabilitate hanc de Boëtho alterius generis scholiorum auctore opinionem carere.

Schol. Plat. in Phaedrum p. 319 ‚Ἀδώνιδος κῆποι' = B 18 (ad Diog. I, 14)[114] = Suidas II (Photius?).

[Zen. I, 49 = M II, ϟ'. Suid. I. Hesychius alterum sequuntur fontem, cl. Eustathio 1701, 45].

---

113) Scholiasta Aristoph. ad Vesp. 846 utramque praebet, alteram cod. R alteram cod. V, utramque pleniorem quam schol. Platon.

114) aut cod. B et Diog. ab archetypo pendent ac P forte hoc prov. omisit, quare fit ut Zen. I, 49 Lucillum audiamus, Diog. I, 14 Boëthum

Schol. Plat. in Apologiam 330 ‚Ἐρήμη δίκη' = Zen. III, 84 = Photius[115]).

Schol. Plat. in Gorgiam p. 354 ‚Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν' = Zen. III, 33. Suidas (Photius?) s. v. Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς idem exprimit uerbis τὸ καλὸν πολλάκις λέγειν.

Schol. Plat. in Theaet. p. 364 ‚ἀκίνητα κινεῖν' = Zen. I, 55 (Suidas e nostro Zenobio an e Photio?). Quin etiam hic uitium quoddam scribae meam sententiam probaret, quia puto uerba Zenobii ‚Ἀκ. κινεῖν· καθ' ὑπερβολήν, ὅτι μὴ δεῖ κινεῖν μήτε βωμοὺς μήτε τάφους ἢ ἡρῷα non recte stare, cum uox ἡρῷα uerbum quod antecedit τάφους nil nisi repetat: multo aptius dicitur a Scholiasta tertia uox ὅρους[116]).

Schol. Plat. in Euthyd. p. 369 ‚Λίνον λίνῳ συνάπτειν' = Zen. IV, 96; quin etiam testes fere eosdem ac scholiasta praebet Photius (Suid.).

Schol. Plat. in Phileb. p. 382 ‚μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον' initium recepit cod. BV (ad Diog. VI, 54) et Suidas, pendens ab eorum archetypo.

ibid. p. 383 ‚γνῶθι σαυτόν = BV (in Append. I, 80; ex eodem fonte Suidas (Photius?), qui recte Χίλωνος habet, dum BV ‚Σόλωνος'.

Schol. Plat. in Theagem. p. 383 ‚Ἱερὸν ἡ συμβουλή = Zen. IV, 40, quem exscribunt Suidas et Hesychius[117]).

Schol. Plat. in Amatores p. 384 ‚γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος' = Zen. III, 4 (unde Suidas?).

Schol. Plat. in Alcib. prim. p. 391 (‚ἀντιπελαργεῖν') = Zen. I, 94, unde Suidas adiecto scholio Aristoph. Avv. 1345.

---

aut Pausaniam aut priscum Diogenianum legas, unde Boëthus hausisse putandus sit.

115) Etsi haec glossa cuiuis lexico tribui potest maximeque Pausaniae, tamen concinunt Phot. et Schol. in uerbo καταδιαιτηθῇ, dum Eustathius 1467, 21 καταδικάζειν usurpat.

116) Rectum descripsit Greg. Cyp. sc. K I, 63 (adscriptum ad Diog. II, 6 ‚ὅτι οὐ δεῖ κινεῖν ὅρους μὴ τάφους μὴ ὀροφήν') de cuius cum Boëtho familiaritate uide supra, ubi de Γλυκὺς ἀγκών disputaui.

117) initium uterque descripsit: in Hesychio dubito num emendare liceat ‚ἐπὶ τῷ ἴδει' cum Meinekio in ‚ἐπὶ τῷ δεῖν καθαρῶς συμβ.', etsi sic demum prouerbii explicatio recte sese habet: sed Hesychius nostrum Zenobium compilat (rectum seruat Scholiasta) itaque ἐπὶ τῶν δεινῶν κ. σ.

Schol. Plat. in Reipubl. I p. 397 ‚ξυρεῖν λέοντα = BV (ad Diog. VI, 25); idem quoque nouerat Pausanias (Photius s. v. λέοντα ξυρᾷς = Eustath. 787, 8): unde igitur sumpserit Zenobianus interpolator, dubium erit.

Schol. Plat. in Reipubl. II. p. 399 ‚Χορὸν οὐ δώσομεν' = BV (exilis glossa in App. V, 30) ‚Χορὸν· δίδωμι' quod quidem lemma una cum scholii uerbis apud Suidam (Photium?) iunctum comprobat auctorem omnibus communem.

Schol. Plat. in Legum VI. p. 452 ‚Ξαίνειν εἰς πῦρ' = Zen. V, 27 atque iterum Schol. maxime consentit cum Suida s. v. εἰς πῦρ ξαίνειν (Phot.?).

Schol. in Epist. VII. p. 463 ‚Λυγκέως (ὅμοιος)' = BV (in App. III, 70); ceterum nec in Photio neque in Suida extat.

Schol. Plat. in Axioch. p. 465 ‚δὶς παῖδες οἱ γέροντες' = BV (ad Diog. IV, 18) = Suidas s. v. Δὶς ἑπτὰ πληγαῖς = Phot.?

Schol. Plat. in Eryxiam p. 466 ‚λίθον ἑψῆσαι' = BV (App. III, 6) cuius idem lemma ‚λίθον ἕψεις' redit in Photio (Suida).

Schol. Plat. in Sisyph. p. 466 ‚πάντα κάλων ἐφέντες i. e. ἐπιτείναντες ἢ κινήσαντες ἢ σείσαντες' = Zen. V, 62 = Photius (Suid.).

Restant duo, quae praeterea in sola Diogeniani conlectione leguntur: sed si meministi quod de codd. BP et Diogeniani inter sese familiarite supra disputaui, facile fieri potuit, ut in illis codd. haec duo forte praeteruiderentur, in hoc solo adnotarentur. En habes:

Schol. Plat. in Symp. p. 374 ‚Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος' = Diog. III, 37 (= cod. C in App. IV, 33). Suidas (Phot.?) s. v. Ἀφροδίσιον plane cum initio Scholii facit.

Schol. Plat. in Clitoph. p. 394 ‚Ἀπὸ μηχανῆς θεὸς ἐπιφανείς' = Diog. II, 84. Congruunt praeterquam Scholia addunt ‚Μένανδρος Θεοφορουμένῃ καὶ Κεκρυφάλῳ'[118]).

(Suidas et inde cod. C multo explanatiora et alia tradunt.)

118) Etsi nusquam hoc inueni prov., adiecerim tamen hisce et praesertim ei quod modo tractauimus Schol. Plat. in Phaedon. p. 381 ‚Δεῦτε-

Postremo ut cetera omnia Scholiorum provv. conficiam, extat

Schol. Plat. in Hipp. mai. p. 393 ‚αὐτὸ δείξει' et in Suida (Phot.) licet breuibus comprehensum, et in Hesychio.

Schol. Plat. in Reip. III. p. 402 ‚ψεῦδος Φοινικικόν' eisdem fere uerbis in Photio (Suida); utrumque igitur uidetur generi antecedentium tribui posse. Cetera autem nusquam inueni nec scio cui istas exiles exiguasque glossas tribuam:

Schol. Plat.		in Phaedr.	p. 315 Bekk.	‚οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις'.
„	„	ibid.	p. 317	‚καρπὸν ὧν ἔσπειρας θέριζε.'
„	„	in Lachetem.	p. 322	‚οὐκ ἂν πᾶσα ὗς γνοίη.'
„	„	in Charmid.	p. 325	‚τὸ τρίτον· τῷ σωτῆρι.'
„	„	in Euthyphr.	p. 328	οὐ μὴ χαμαὶ πέσῃ.'
„	„	in Theaet.	p. 362	‚θαλάττης χόες.'
„	„	in Symp.	p. 377	‚οἶνος καὶ ἀλήθεια' 119).
„	„	in Phaedon.	p. 381	‚τὴν αὑτοῦ σκιὰν δέδοικε' 120).
„	„	in Legum XI	p. 456	‚μὴ κινεῖν ἀκίνητα' (cf. Suid. ?).
„	„	in Dialog. ‚de iusto'	p. 465	‚πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί.'

ρος πλοῦς' . . . ἐμνήσθη δὲ ταύτης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δευτέρῳ Ἠθικῶν καὶ Μένανδρος Κεκρυφάλῳ καὶ Πλοκίῳ καὶ Θεοφορουμένῃ. — Suidas (Photium certo compilat) sequitur Pausaniam (frg. 131 Rindfl., ubi nostrum Scholion dele): Pausanias et Boëthus eodem utuntur fonte.

119) Cf. Mettauerum (p. 105 adn. 1): „ex Hugii disputatione conligi debet scholiastam ibi (sc. p. 377) Boëtho usum non esse; nam hic utramque formam (1) οἶνος καὶ ἀλήθεια, 2) οἶνος καὶ παῖδες ἀληθεῖς) ille priorem tantum adfert; deinde scholii explicatio ‚ἐπὶ τῶν . . .' diuersa est a Boëthi. Hunc tamen Naberus (prol. p. 67) scholiastae auctorem fuisse dicit."

120) Vide Schneidew. praef. p. XVIII sq.

Hoc igitur euicisse mihi uideor, in Scholiis Platonicis prouerbiorum duos fontes cognosci, alterum ipsius Lucilli Tarrhaei librum, fortasse ab ipso Scholiorum conglutinatore [121]) adhibitum, alterum Boëthi librum, quem ipsum quam optimos auctores adisse saepius adparuit. Idem fuit interpolatori quoque Zenobiani libri praesto nec raro adhibitus.

Non tam quaestio de Stephani Byz. prouerbiorum auctore, quam haec in Platonis Scholiis uersata fundamento nititur, quod iecimus in disputatione de codicum Zenobianorum stirpe supra habita. Alterum uero inde nanciscimur emolumentum, quod certam quandam prouerbiorum emendandorum rationem consecuti sumus ac cauere nunc possumus, ne ad nostrum arbitrium libidinemque hariolemur, recensione potius primum adhibita tunc demum ad emendandi conamina pedem proferre licet [122]).

---

121) Mettauerus p. 113: „scholia pleraque scripta esse crediderim non adeo multo post extinctam Neoplatonicorum scholam Atheniensem (529 p. C.)." Mirum sane esset, si tunc etiam Lucilli liber extitisset, siquidem recte posui Stephanum illius provv. per alium auctorem accepisse.

122) Peccauit in hac re I. H. Slothouberus in dissertatione quae exhibet ‚Obseruationes ad Paroemiographos' (Traiecti ad Rhenum 1879), quem refutemus ne uno quidem uerbo dignus uidetur.

V i t a.

Maximilianus Robertus Carolus Warnkross natus sum a. d. III. Id. Dec. a. 1860 Sundiae Pomeraniae patre Carolo et Iohanna, matre carissima, quam praematura morte octo annis ante mihi ereptam ualde lugeo. Fidei addictus sum euangelicae. Litterarum elementis in ludo litterario Gryphiswaldensi imbutus Tanclimi, quam in urbem parentes a. 1869 migrabant, gymnasio sum traditus, quod deinceps regebant vv. ill. Haeckermannus et Heinzius, cuius sub auspiciis etiam nunc schola floret. Pio semper animo recolam praeceptores meos, qui litterarum antiquarum amorem animo inicere et fovere studebant. Maturitatis testimonio instructus anno 1877, me contuli ad almam uniuersitatem Gryphiswaldensem philologiae studium amplexurus. Disserentes audiui per hoc temporis spatium vv. dd. Kiesslingium, Preunerum, Reifferscheidium, Schuppium, Susemihlium, Ulmannium, de Wilamowitzium. Exercitationes frequentabam Wilamowitzii metricas, Schuppii philosophicas, Preuneri historicas et archaeologicas, Hirschii geographicas. Seminario historico ut per quinque semestria interessem Ulmanni beneuolentia factum est. Philologici sodalis extraordinarius duo semestria fui moderantibus Kiesslingio et Wilamowitzio, quattuor ordinarius.

Omnibus eis gratias refero quam maximas, prae ceteris uero Kiesslingio et Wilamowitzio, quorum beneuolentia quanta erga me fuerit numquam obliuiscar.

Sententiae controversae.

1. Dionysii Scytobr. copias in scholiis Apollonii Rhodii multum esse, adhibitas constat. Contendo a Theone illum compilatum esse, conlatis 1) scholiis Theocriteis, 2) schol. Pind. Pyth. IV, 3) Valeri Flacci carmine, Theonis dein scholia in breuius redegisse Sophoclem, alterum Apollonii Rhodii commentatorem.
2. Sophoclis commentatoris aetas ita circumscribitur: per Orum in Stephani Byz. librum peruenit; idem obuersatur Irenaeo in schol. Apoll. Rhod. II, 992 (cl. Steph. v. *Ἀκμονία*).
3. In nostris scholiis Apollonii Rhodii complura peruerse conlocata sunt: e. g. II, 946 ‚*ὁ δὲ Τήϊος Ἄνδρων .... πολλὰ πίνουσαν*' pone post uerba *τὸν προσαγορευθέντα Σύρον*, quare et bonus conexus efficitur et malum discrimen duorum in eodem scholio Andronum tollitur, uel I, 917 non dubito quin uerba *Ἀθηνικῶν .... Δάρδανος* scholio praecedenti adfigenda sint.
4. Schol. Apoll. Rhod. IV, 286 fin. lege ‚*Τρινακρίαν*' pro ‚*Τυρρηνικήν*' (cl. Apoll. Rhod. IV, 284—93).
5. Orion. p. 94 (ed. Sturz.) s. v. *λάρυξ* sic interpungendum censeo: *λάρυξ· ὁμοίως· διὰ γὰρ τούτων* e. q. s.
6. Etymologum Magnum usum esse puto Orionis lexico glossis marginalibus iam interpolatum: cf. uerba Et. M. 647, 30 ‚*ὁμοίως καὶ τῆς παλαιστῆς*', quae male inserta esse conligo ex adnotatione illa nunc e margine in ipsum Orionem translata p. 130 s. v. *παλαιστή* (‚*λέγεται δὲ δόχμη ἐπὶ τῆς παλαιστῆς, ὡς Σωρανὸς λέγει*').

7. Post uersum Ouid. Trist. III. 1, 46 non cum Riesio (praef. ad Ouid. opp. uol. III) lauri mentionem desidero.
8. Genuinam fere eius chronici, quod apud nos sub nomine Matthiae Neoburgensis fertur, formam subesse contendo apographo illi a Cuspiniano ex Alberti Argent. cod. miscell. sumpto, Matthiae autem id tantum deberi, quo cod. B amplificatus est.

Ienae, typis Ed. Frommanni

3.50